CAPITULUM I

EXERCITIUM I – EJERCICIO 1

Exercitium 1

1. Italia in Eurōpā est.
2. Gallia in Eurōpā est.
3. Italia et Gallia in Eurōpā sunt.
4. Arabia in Eurōpā nōn est.
5. Arabia in Asiā est.
6. Syria quoque in Asiā est.
7. Syria et Arabia in Asiā sunt.
8. Hispānia in Asiā nōn est.
9. Hispānia et Gallia et Italia in Eurōpā sunt.

Lēctiō I

est
sunt

[CAP 1] EXERCITIUM II – EJERCICIO 2

Exercitium 2

1. Italia in Eurōpā est; Graecia quoque in Eurōpā est.
2. Italia et Graecia in Eurōpā sunt.
3. Estne Arabia in Eurōpā? Arabia in Eurōpā nōn est.
4. Ubi est Arabia? In Asiā est Arabia.
5. Arabia nōn est in Eurōpā, sed in Asiā.
6. Germānia nōn in Asiā, sed in Eurōpā est.
7. Rhēnus est in Germāniā. Rhēnus fluvius est.

et
fluvius
in
-ne
nōn
quoque
sed
ubi

[CAP 1] EXERCITIUM III – EJERCICIO 3

Exercitium 3

1. Ubi est Rōma? ...

Rōma in Italiā est

2. Ubi est Italia? ...

Italia in Eurōpā est

ubi? in ...
est-ne? est
nōn est

3. Estne Graecia in Eurōpā? ...

Graecia in Eurōpā est

4. Ubi est Aegyptus? ...

Aegyptus in Āfricā est

5. Estne Hispānia in Eurōpā? ...

Hispānia in Eurōpā est

6. Estne Syria in Eurōpā? ...

Syria in Eurōpā nōn est

7. Ubi est Syria? ...

Syria in Asiā est

8. Estne Gallia in Asiā? ...

Gallia in Asiā nōn est

9. Ubi est Gallia? ...

Gallia est in Eurōpā

10. Estne Germānia in Eurōpā? ...

Germānia in Eurōpā est

ubi? in ...
est-ne? est
nōn est

[CAP 1] EXERCITIUM IV – EJERCICIO 4

Exercitium 4

1. Corsica īnsula est. Corsica et Sardinia īnsulae sunt.
2. Rhēnus fluvius est. Rhēnus et Dānuvius fluviī sunt.
3. Brundisium oppidum est. Brundisium et Tūsculum oppida sunt.
4. Sicilia īnsula magna est.
5. Nīlus est fluvius magnus.
6. Brundisium oppidum magnum est.
7. Tūsculum nōn oppidum magnum, sed oppidum parvum est.
8. Melita nōn est īnsula magna, sed īnsula parva.
9. Tiberis nōn fluvius magnus, sed fluvius parvus est.
10. Rhēnus et Nīlus fluviī magnī sunt.
11. Sicilia et Sardinia īnsulae magnae sunt.
12. Brundisium et Sparta oppida magna sunt.

Lēctiō II

-us	-ī
-a	-ae
-um	-a
fluvius magnus	fluviī magnī
īnsula magna	īnsulae magnae
oppidum magnum	oppida magna

[CAP 1] EXERCITIUM V – EJERCICIO 5

Exercitium 5

1. Sicilia īnsula est. Sicilia et Sardinia īnsulae sunt.
2. Rhēnus fluvius est. Rhēnus et Dānuvius fluviī sunt.
3. Tūsculum oppidum est. Tūsculum et Brundisium oppida sunt.
4. Corsica et Sardinia īnsulae sunt. Sicilia quoque īnsula est.
5. Nīlus et Tiberis fluviī sunt. Dānuvius quoque fluvius est.
6. Sparta et Delphī oppida sunt. Brundisium quoque oppidum est.

fluvius est
fluviī sunt

īnsula est
īnsulae sunt

oppidum est
oppida sunt

[CAP 1] EXERCITIUM VI – EJERCICIO 6

Exercitium 6

1. Tūsculum nōn oppidum Graecum, sed oppidum Rōmānum est.
2. Sparta est oppidum Graecum.
3. Num Nīlus oppidum est? Nīlus nōn est oppidum.
4. Quid est Nīlus? Nīlus fluvius est.
5. In Arabiā nōn multī, sed paucī fluviī sunt.
6. Quid est Gallia? Gallia est prōvincia Rōmāna.
7. In imperiō Rōmānō nōn paucae, sed multae prōvinciae sunt.
8. Magnum est imperium Rōmānum.

Graecus
imperium
multī
num
paucī
prōvincia
quid
Rōmānus

[CAP 1] EXERCITIUM VII – EJERCICIO 7

Exercitium 7

1. Estne Aegyptus in Āfricā? ...

Aegyptus in Āfricā est

2. Estne Hispānia in Āfricā? ...

Hispānia in Āfricā nōn est

3. Ubi est Hispānia? ...

Hispānia in Eurōpā est

4. Num Arabia in Eurōpā est? ...

Arabia nōn est in Eurōpā

est-ne...? est
nōn est

num... est? nōn est

5. Ubi est Arabia? ...

Arabia in Asiā est

6. Ubi est Sparta? ...

Sparta est in Graeciā

7. Num Sparta īnsula est? ...

Sparta īnsula nōn est

8. Quid est Sparta? ...

Sparta oppidum est

9. Num Euboea oppidum est? ...

Euboea nōn est oppidum

10. Quid est Euboea? ...

Euboea īnsula est

11. Quid est Tūsculum? ...

Tūsculum oppidum est

12. Num Tūsculum oppidum Graecum est? ...

Tūsculum nōn est oppidum Graecum

13. Num Nīlus fluvius parvus est? ...

Nīlus fluvius parvus nōn est

14. Estne Crēta īnsula Graeca? ...

Crēta īnsula Graeca est

15. Suntne Rhodus et Naxus īnsulae Graecae? ...

Rhodus et Naxus īnsulae Graecae sunt

16. Suntne multae īnsulae in Graeciā? ...

in Graeciā multae īnsulae sunt

17. Suntne multī fluviī in Arabiā? ...

nōn multī fluviī sunt in Arabiā

18. Quid est Tiberis? ...

Tiberis fluvius est

[CAP 1] EXERCITIUM VIII – EJERCICIO 8

Exercitium 8

1. III numerus Rōmānus est. I et II numerī Rōmānī sunt.

2. 'Nōn' vocābulum Latīnum est. 'Nōn' et 'sed' vocābula Latīna sunt.

3. 'Gamma' littera Graeca est. 'Gamma' et 'delta' litterae Graecae sunt.

4. A et B litterae Latīnae sunt. C quoque littera Latīna est.

5. 'In' et 'num' vocābula Latīna sunt. 'Et' quoque vocābulum Latīnum est.

6. Ūnus [I] et duo [II] numerī sunt. Trēs [III] quoque numerus est.

7. In vocābulō 'Latīna' sunt sex [VI] litterae et trēs [III] syllabae:

syllaba prīma La-, secunda -tī-, tertia -na.

8. In capitulō prīmō sunt mīlle [M] vocābula.

Lēctiō III

duo
Latīnus
littera
mīlle
numerus
prīmus
secundus
sex
syllaba
tertius
trēs
ūnus
vocābulum

[CAP 1] EXERCITIUM IX – EJERCICIO 9

Exercitium 9

1. Quid est B? ...

B littera est

2. Quid est II? ...

II numerus est

3. Quid est 'fluvius'? ...

'Fluvius' vocābulum est

4. Num C littera Graeca est? ...

C nōn est littera Graeca, sed littera Latīna

5. Num 'fluvius' vocābulum Graecum est? ...

'Fluvius' nōn est vocābulum Graecum, sed Latīnum

6. Estne D littera Latīna? ...

D est littera Latīna

7. Quid est 'delta'? ...

'Delta' littera Graeca est.

8. Suntne A et B litterae Latīnae? ...

A et B litterae Latīnae sunt

9. Num 'gamma' et 'delta' litterae Latīnae sunt? ...

'Gamma' et 'delta' nōn litterae Latīnae, sed litterae Graecae sunt

10. Num C littera prīma est? ...

C nōn littera prīma, sed littera tertia est.

11. Num A littera secunda est? ...

A nōn littera secunda, sed littera prīma est

12. Estne B littera secunda? ...

B littera secunda est

[CAP 1] EXERCITIUM X – EJERCICIO 10

Exercitium 10

1. Italia in Eurōpā est.
2. Rōma in Italiā est.
3. Italia et Graecia in Eurōpā sunt.
4. Rōma nōn in Graeciā, sed in Italiā est.
5. Imperium Rōmānum magnum est.
6. In imperiō Rōmānō multae prōvinciae sunt.
7. Gallia est prōvincia Rōmāna.
8. In prōvinciā Galliā sunt multī fluviī.
9. 'Ubi' est vocābulum Latīnum.
10. In vocābulō 'ubi' sunt trēs litterae.

-a
in -ā

-um
in -ō

11. Capitulum prīmum: IMPERIVM ROMANVM.
12. In capitulō prīmō multa vocābula sunt.

[CAP 1] EXERCITIUM XI – EJERCICIO 11

Exercitium 11

1. 'Fluvi|us' singulāris est. 'Fluvi|ī' plūrālis est.
2. 'Īnsul|ae' plūrālis est. 'Īnsul|a' singulāris est.
3. 'Oppid|um' singulāris est. 'Oppid|a' plūrālis est.
4. Singulāris: fluvius; plūrālis: fluviī.
5. Plūrālis: īnsulae; singulāris: īnsula.
6. Singulāris: oppidum; plūrālis: oppida.
7. Plūrālis: numerī; singulāris: numerus.
8. Singulāris: littera; plūrālis: litterae.
9. Plūrālis: vocābula; singulāris: vocābulum.
10. Singulāris: īnsula magna; plūrālis: īnsulae magnae.
11. Plūrālis: oppida magna; singulāris: oppidum magnum.
12. Singulāris: numerus Rōmānus; plūrālis: numerī Rōmānī.
13. Plūrālis: litterae Graecae; singulāris: littera Graeca.
14. Singulāris: vocābulum Latīnum; plūrālis: vocābula Latīna.
15. Plūrālis: exempla; singulāris: exemplum.

Lēctiō grammatica

singulāris (sing./sg.)
plūrālis (plūr./pl.)

sing.	plūr.
-us	*-ī*
-a	*-ae*
-um	*-a*

CAPITULUM II

EXERCITIUM I – EJERCICIO 1

Exercitium 1

1. Mārcus puer Rōmānus est; Iūlia est puella Rōmāna.
2. Iūlius est vir Rōmānus; Aemilia fēmina Rōmāna est.
3. Mārcus nōn puella, sed puer est.
4. Mārcus et Quīntus sunt puerī, nōn puellae.
5. Iūlius et Mēdus nōn puerī, sed virī sunt; Dāvus quoque vir est.
6. Nōn virī, sed fēminae sunt Aemilia et Dēlia; Syra quoque fēmina est.

Lēctiō I

vir	virī
fēmina	fēminae
puer	puerī
puella	puellae

[CAP 2] EXERCITIUM II – EJERCICIO 2

Exercitium 2

1. Iūlius pater est. Aemilia est māter.
2. Iūlia fīlia est. Mārcus et Quīntus sunt fīliī.
3. Mārcus et Quīntus et Iūlia sunt trēs līberī.
4. Iūlia nōn māter, sed fīlia est.
5. Nōn pater, sed fīlius est Mārcus.
6. Mārcus fīlius Iūliī est: Iūlius est pater Mārcī.
7. Quīntus fīlius Iūliī est: Iūlius est pater Quīntī.
8. Iūlia fīlia Iūliī est: Iūlius est pater Iūliae.
9. Mārcus et Quīntus fīliī Aemiliae sunt: Aemilia est māter Mārcī et Quīntī.
10. Iūlia fīlia Aemiliae est: Aemilia est māter Iūliae.
11. Iūlia est fīlia Iūliī et Aemiliae.
12. Iūlius est pater Mārcī et Quīntī et Iūliae .
13. Māter Mārcī et Quīntī et Iūliae est Aemilia.

pater
māter

fīlius
fīlia
līberī

Mārcus
pater Mārcī

Iūlia
pater Iūliae

Iūlius
fīlius Iūliī

Aemilia
fīlius Aemiliae

[CAP 2] EXERCITIUM III – EJERCICIO 3

Exercitium 3

1. Quis est Quīntus? Quīntus puer Rōmānus est.
2. Quis est pater Quīntī? Pater Quīntī est Iūlius.
3. Quae est māter Quīntī? Aemilia est māter Quīntī.
4. Quae est fīlia Iūliī et Aemiliae? Fīlia Iūliī et Aemiliae Iūlia est.
5. Quī sunt fīliī? Fīliī sunt Mārcus et Quīntus.
6. Quid est Tūsculum? Tūsculum oppidum est.
7. Quid est 'gamma'? 'Gamma' est littera Graeca.

quis?
quae?
quid?

quī?

[CAP 2] EXERCITIUM IV – EJERCICIO 4

Exercitium 4

Exemplum:

Fīliī et fīliae = fīliī fīliaeque.

1. Litterae et numerī = litterae numerīque.
2. Mārcus et Quīntus = Mārcus Quīntusque.
3. Puerī et puellae = puerī puellaeque.
4. Fēminae puerīque = fēminae et puerī.
5. Servī ancillaeque = servī et ancillae.
6. Ūna fīlia duoque fīliī = ūna fīlia et duo fīliī.

...que = et ...

[CAP 2] EXERCITIUM V – EJERCICIO 5

Exercitium 5

1. Mēdus nōn est fīlius Iūliī, Mēdus servus Iūliī est.
2. Dēlia nōn est fīlia Aemiliae, Dēlia ancilla Aemiliae est.
3. Iūlius dominus Mēdī est. Aemilia domina Dēliae est.
4. Dāvus et Mēdus nōn sunt dominī, sed servī.
5. Syra et Dēlia nōn sunt dominae, sed ancillae.
6. Iūlius dominus Dāvī est: Iūlius est dominus servī.
7. Iūlius dominus Dāvī et Mēdī est: Iūlius est dominus servōrum.
8. Aemilia domina Syrae est: Aemilia est domina ancillae.
9. Aemilia domina Syrae et Dēliae est: Aemilia est domina ancillārum.

Lēctiō II

dominus
domina

servus servī	servī servōrum
ancilla ancillae	ancillae ancillārum
	līberī līberōrum

10. Mārcus, Quīntus Iūliaque nōn servī, sed līberī sunt.

11. Iūlius dominus servōrum est et pater līberōrum.

[CAP 2] EXERCITIUM VI – EJERCICIO 6

Exercitium 6

1. Quis est pater Mārcī? ...

pater Mārcī est Iūlius

2. Quae est māter Mārcī? ...

Aemilia est māter Mārcī

3. Quae est fīlia Iūliī et Aemiliae? ...

Iūlia est fīlia Iūliī et Aemiliae

4. Quī sunt fīliī Iūliī et Aemiliae? ...

Fīliī sunt Mārcus et Quīntus

5. Quis est Mēdus? ...

Mēdus servus est

quis est...?
quae est...?
quī sunt...?

cuius? -ī
-ae

6. Quī sunt Mēdus et Dāvus? ...

Mēdus et Dāvus servī sunt

7. Quae est Dēlia? ...

Dēlia ancilla est

8. Quis est dominus servōrum? ...

Iūlius est dominus servōrum

9. Quae est domina ancillārum? ...

Aemilia domina ancillārum est

10. Cuius servus est Mēdus? ...

Mēdus servus Iūliī est

11. Cuius fīlius est Mārcus? ...

Mārcus est fīlius Iūliī

[CAP 2] EXERCITIUM VII – EJERCICIO 7

Exercitium 7

1. Iūlius est dominus multōrum servōrum.

2. Numerus servōrum est centum.

3. Aemilia est domina multārum ancillārum.

4. Numerus servōrum et ancillārum magnus est.

5. In familiā est magnus numerus servōrum et ancillārum.

6. Numerus līberōrum est trēs.

7. In familiā Iūliī est parvus numerus līberōrum.

8. In Graeciā est magnus numerus īnsulārum.

9. In Arabiā est parvus numerus fluviōrum.

10. In Italiā est magnus numerus oppidōrum.

-ōrum
-ārum

[CAP 2] EXERCITIUM VIII – EJERCICIO 8

Exercitium 8

Exemplum:

Multī/paucī servī = magnus/parvus numerus servōrum.

1. Multae īnsulae = magnus numerus īnsulārum.

2. Paucī fluviī = parvus numerus fluviōrum.

3. Multa oppida = magnus numerus oppidōrum.

4. Paucī līberī = parvus numerus līberōrum.

5. Magnus numerus vocābulōrum = multa vocābula.

6. Magnus numerus litterārum = multae litterae.

7. Parvus numerus exemplōrum = pauca exempla.

magnus numerus -ōrum
= multī -ī / multa -a
magnus numerus -ārum
= multae -ae
parvus numerus -ōrum
= paucī -ī / pauca -a
parvus numerus -ārum
= paucae -ae

[CAP 2] EXERCITIUM IX – EJERCICIO 9

Exercitium 9

1. Quot servī sunt in familiā Iūliī? Centum [C] servī.

2. Mēdus et Dāvus duo [II] servī sunt.

3. Syra et Dēlia sunt duae [II] ancillae.

4. Tūsculum et Brundisium duo [II] oppida sunt.

quot?

ūnus -a -um
duo duae duo
trēs tria

centum
mīlle

5. Quot līberī in familiā sunt? Trēs [III] līberī.

5. In familiā nōn duae [II] fīliae, sed ūna [I] fīlia est.

7. In familiā nōn ūnus [I] fīlius, sed duo [II] fīliī sunt.

8. 'Vir', 'puer', 'puella' tria [III] vocābula sunt.

9. Rhēnus et Dānuvius et Tiberis trēs [III] fluviī sunt: duo [II] fluviī magnī et ūnus [I] fluvius parvus.

10. Brundisium et Sparta et Delphī tria [III] oppida sunt: duo [II] oppida magna et ūnum [I] oppidum parvum.

11. Sardinia et Sicilia et Melita sunt trēs [III] īnsulae: duae [II] īnsulae magnae et ūna [I] īnsula parva.

12. In Graeciā quot īnsulae sunt? In Graeciā sunt mīlle [M] īnsulae parvae magnaeque.

[CAP 2] EXERCITIUM X – EJERCICIO 10

Exercitium 10

1. Cornēlius: "Estne Mēdus fīlius tuus?"

2. Iūlius: "Mēdus nōn est fīlius meus."

3. Cornēlius: "Estne Dēlia fīlia tua?"

4. Iūlius: "Dēlia nōn est fīlia mea."

5. Cornēlius: "Suntne ancillae tuae Dēlia et Syra?"

6. Iūlius: "Dēlia et Syra sunt ancillae meae."

7. Cornēlius: "Quī sunt fīliī tuī?"

8. Iūlius: "Fīliī meī sunt Mārcus et Quīntus."

9. Cornēlius: "Quot servī sunt in familiā tuā?"

10. Iūlius: "In familiā meā sunt centum servī. Numerus servōrum meōrum est centum. Familia mea magna est."

11. Cornēlius: "Centum servī! Magnus est numerus servōrum tuōrum!"

Lēctiō III

me|us -a -um...
tu|us -a -um...

[CAP 2] EXERCITIUM XI – EJERCICIO 11

Exercitium 11

1. Ecce duo librī Latīnī: liber antīquus [<> novus] et liber novus.

2. Numerus librōrum Latīnōrum magnus est.

3. 'LINGVA LATINA' est titulus librī tuī Latīnī.

4. In LINGVA LATINA sunt multae pāginae (pāg. 1, 2, 3, cēterae) et multa capitula (cap. I et II et III et cētera).

5. Numerus capitulōrum est magnus.

6. IMPERIVM ROMANVM est capitulum prīmum.

7. Titulus capitulī prīmī est 'IMPERIVM ROMANVM'.

8. In capitulō prīmō multa vocābula sunt.

9. Numerus vocābulōrum magnus est.

10. 'Rōma' est vocābulum prīmum capitulī prīmī.

11. R est littera prīma vocābulī prīmī.

antīquus
cēterī -ae -a
ecce
novus
pāgina
titulus

liber	librī
librī	librōrum
capitulum	capitula
capitulī	capitulōrum

R = 'er'

[CAP 2] EXERCITIUM XII – EJERCICIO 12

Exercitium 12

1. 'Serv|us' vocābulum masculīnum est. 'Ancill|a' vocābulum fēminīnum est. 'Oppid|um' vocābulum neutrum est.

2. 'Puer' nōn est vocābulum fēminīnum, sed masculīnum.

3. 'Serv|us' et 'domin|us' vocābula masculīna sunt; 'fluvi|us' quoque vocābulum masculīnum est.

4. 'Ancill|a' et 'domin|a' vocābula fēminīna sunt; 'īnsul|a' quoque vocābulum fēminīnum est.

5. 'Oppid|um' et 'imperi|um' vocābula neutra sunt; 'exempl|um' quoque vocābulum neutrum est.

6. Masculīnum: vir Rōmānus.

7. Fēminīnum: fēmina Rōmāna.

8. Neutrum: imperium Rōmānum.

Lēctiō grammatica

masculīnum (masc./m.)
fēminīnum (fēm./f.)
neutrum (neutr./n.)

masc. *-us (-r)*
fēm. *-a*
neutr. *-um*

[CAP 2] EXERCITIUM XIII – EJERCICIO 13

Exercitium 13

1. Iūlius pater Mārcī est: 'Mārc|ī' genetīvus est.

2. Iūlius pater Iūliae est: 'Iuli|ae' quoque genetīvus est.

3. Iūlius dominus servī est: 'serv|ī' genetīvus singulāris est.

4. Iūlius dominus servōrum est: 'serv|ōrum' est genetīvus plūrālis.

5. Aemilia domina ancillae est: 'ancill|ae' genetīvus singulāris est.

6. Aemilia domina ancillārum est: 'ancill|ārum' est genetīvus plūrālis.

7. Titulus capitulī est 'FAMILIA ROMANA': 'capitul|ī' genetīvus singulāris est.

8. Numerus capitulōrum magnus est: 'capitul|ōrum' est genetīvus plūrālis.

9. Genetīvus: singulāris: servī, plūrālis: servōrum.

10. Genetīvus: singulāris: ancillae, plūrālis: ancillārum.

11. Genetīvus: singulāris: capitulī, plūrālis: capitulōrum.

genetīvus (gen.)

	sing.	plūr.
masc.	*-ī*	*-ōrum*
fēm.	*-ae*	*-ārum*
neutr.	*-ī*	*-ōrum*

CAPITULUM III

EXERCITIUM I – EJERCICIO 1

Exercitium 1

1. In scaenā prīmā sunt trēs persōnae: Iūlia, Mārcus, Quīntus.
2. Iūlia cantat: "Lalla, lalla!" Iūlia laeta est.
3. Mārcus laetus nōn est, Mārcus īrātus est.
4. Mārcus Iūliam pulsat.
5. Iam Iūlia nōn cantat, sed plōrat.
6. Mārcus rīdet: "Hahahae!"
7. Iūlia: "Ubi est māter?" Iūlia Aemiliam nōn videt.
8. Iūlia Aemiliam vocat: "Mamma!"
9. Aemilia venit.

Lēctiō I

cantat
iam
īrātus
laetus
persōna
plōrat
pulsat
rīdet
scaena
venit
videt
vocat

[CAP 3] EXERCITIUM II – EJERCICIO 2

Exercitium 2

1. Mārcus Iūliam pulsat.
2. Mārcus Quīntum nōn videt, sed Quīntus Mārcum videt.
3. Quīntus: "Quid? Mārcus puellam pulsat?"
4. Quīntus Mārcum pulsat, et Mārcus pulsat Quīntum.
5. Iūlia nōn videt Aemiliam.
6. Iūlia Aemiliam vocat: "Mamma!"
7. Mārcus īrātus Iūliam pulsat.
8. Iūlia: "Mamma! Mārcus mē pulsat!"

-um
-am
mē

[CAP 3] EXERCITIUM III – EJERCICIO 3

Exercitium 3

1. Iūlia cantat, et Mārcus eam pulsat!
2. Iam Iūlia nōn cantat, sed plōrat.
3. Iūlia Aemiliam nōn videt; Iūlia Aemiliam vocat.
4. Aemilia venit et interrogat: "Ubi est Iūlius?"
5. Mārcus respondet: "Pater dormit."

Lēctiō II

-at
-et
-it

6. Quīntus Iūlium vocat.

7. Iūlius dormit neque Quīntum audit.

8. Mārcus rīdet, quia Iūlius nōn venit.

9. Aemilia Mārcum verberat.

[CAP 3] EXERCITIUM IV – EJERCICIO 4

Exercitium 4

1. Aemilia Quīntum interrogat: "Quis mē vocat?"

2. Quīntus respondet: "Iūlia tē vocat."

3. Aemilia interrogat: "Cūr Iūlia plōrat?"

4. Quīntus respondet: "Iūlia plōrat, quia Mārcus eam pulsat."

5. Aemilia: "Mārcus puer improbus est! Ubi est Iūlius?"

6. Quīntus: "Pater nōn hīc est, sed Mārcus hīc est."

7. Quīntus Iūlium vocat; Iūlius eum [: Quīntum] nōn audit.

8. Mārcus: "Pater dormit neque tē audit."

9. Iūlius Quīntum nōn audit neque venit.

10. Aemilia Mārcum verberat: tuxtax!

11. Mārcus plōrat. Iūlius Mārcum audit; iam Iūlius nōn dormit.

12. Mārcus nōn puer probus, sed puer improbus est.

audit
cūr
dormit
eam
eum
hīc
improbus
interrogat
neque
probus
quia
respondet
tē
verberat

[CAP 3] EXERCITIUM V – EJERCICIO 5

Exercitium 5

1. Cūr Mārcus Iūliam pulsat? Mārcus Iūliam pulsat quia Iūlia cantat.

2. Cūr Iūlia plōrat? Iūlia plōrat quia Mārcus eam pulsat.

3. Cūr Mārcus rīdet? Mārcus rīdet quia Iūlia plōrat.

4. Cūr Iūlia nōn pulsat Mārcum? Iūlia Mārcum nōn pulsat quia parva puella est.

5. Cūr Aemilia venit? Aemilia venit quia Iūlia eam vocat.

6. Cūr Iūlius Quīntum nōn audit? Iūlius eum nōn audit quia dormit.

7. Cūr Mārcum verberat Aemilia? Mārcum verberat quia puer improbus est.

8. Cūr Mārcus plōrat? Mārcus plōrat quia Aemilia eum verberat.

9. Cūr venit Iūlius? Iūlius venit quia Mārcum audit.

cūr...? ... quia

cūr Iūlia cantat? Iūlia cantat quia laeta est

[CAP 3] EXERCITIUM VI – EJERCICIO 6

Exercitium 6

1. Mārcus Iūliam pulsat, quia Iūlia cantat.
2. Iūlia plōrat, quia Mārcus eam pulsat.
3. Iūlia Aemiliam vocat. Aemilia venit.
4. Aemilia Quīntum videt et eum interrogat: "Quis mē vocat?"
5. Quīntus respondet: "Iūlia tē vocat."
6. Aemilia: "Ubi est Iūlius?" Aemilia Iūlium nōn videt.
7. Quīntus Iūlium vocat: "Pater!"
8. Iūlius Quīntum nōn audit.
9. Aemilia īrāta Mārcum verberat.
10. Mārcus plōrat, quia Aemilia eum verberat.
11. Iūlius Mārcum audit, et venit.
12. Iūlius Aemiliam et Mārcum et Quīntum et Iūliam videt.
13. Aemilia: "Mārcus puer improbus est."
14. Quīntus: "Mārcus parvam puellam pulsat!"
15. Iūlius īrātus puerum improbum verberat.
16. Iūlia est puella proba.

Lēctiō III

-us	-um	-at
-a	-am	-et
	eum	-it
	eam	
	mē	
	tē	

[CAP 3] EXERCITIUM VII – EJERCICIO 7

Exercitium 7

1. Puella quae cantat laeta est.
2. Puer quī puellam pulsat improbus est.
3. Iūlia, quae cantat, puella proba est.
4. Mārcus, quī puer improbus est, puellam et puerum pulsat.
5. Puella quam Mārcus pulsat est Iūlia.
6. Puer quem Mārcus pulsat est Quīntus.
7. Iūlia, quae parva puella est, Aemiliam vocat.
8. Aemilia, quam Iūlia vocat, venit.
9. Aemilia, quae māter est līberōrum, fīlium improbum verberat.
10. Fīlius quem Aemilia verberat est Mārcus.

-us quī	-um	-at
-a quae	-am	-et
		-it
-us quem	-us	-at
-a quam	-a	-et
		-it

11. Quīntus, quī fīlius probus est, Iūlium vocat.

12. Iūlius, quem Quīntus vocat, nōn venit.

13. Mārcus, quem Aemilia verberat, plōrat.

14. Iūlius, quī iam nōn dormit, puerum audit.

15. Puer quem Iūlius audit est Mārcus.

[CAP 3] EXERCITIUM VIII – EJERCICIO 8

Exercitium 8

1. Quis Iūliam pulsat? ...

Mārcus Iūliam pulsat

2. Quis plōrat? ...

Iūlia plōrat

3. Quis rīdet? ...

Mārcus rīdet

4. Quem Quīntus videt? ...

Quīntus Mārcum videt

5. Quem Iūlia vocat? ...

Iūlia Aemiliam vocat

6. Quis venit? ...

Aemilia venit

7. Quem Aemilia interrogat? ...

Aemilia Quīntum interrogat

8. Quis vocat Iūlium? ...

Quīntus Iūlium vocat

9. Quem Aemilia verberat? ...

Aemilia Mārcum verberat

10. Quis iam plōrat? ...

iam plōrat Mārcus

11. Quem audit Iūlius? ...

Iūlius Mārcum audit

12. Quem Iūlius verberat? ...

Iūlius Mārcum verberat

quis?	-us
	-a
quem?	-um
	-am

[CAP 3] EXERCITIUM IX – EJERCICIO 9

Exercitium 9

1. Quis Iūliam pulsat? Mārcus Iūliam pulsat.
2. Quis Mārcum videt? Quīntus Mārcum videt.
3. Quem Quīntus pulsat? Mārcum Quīntus pulsat.
4. Quis Aemiliam vocat? Iūlia Aemiliam vocat.
5. Quem Aemilia interrogat? Quīntum Aemilia interrogat.
6. Quis respondet? Quīntus respondet.
7. Quem vocat Quīntus? Iūlium vocat Quīntus.
8. Quem verberat Iūlius? Mārcum verberat Iūlius.

quis?
quem?

[CAP 3] EXERCITIUM X – EJERCICIO 10

Exercitium 10

Exempla:

Quīnt|us Mārc|um videt. Mārc|us Quīnt|um nōn videt.

Iūli|a Aemili|am vocat. Aemili|a Iūli|am audit.

1. 'Quīnt|us' nōminātīvus est. 'Mārc|um' est accūsātīvus.
2. 'Quīnt|um' accūsātīvus est. 'Quīnt|us' est nōminātīvus.
3. 'Iūli|a' nōminātīvus est. 'Aemili|am' accūsātīvus est.
4. 'Iūli|am' accūsātīvus est. 'Aemili|a' nōminātīvus est.
5. Nōminātīvus: Mārcus. Accūsātīvus: Mārcum.
6. Nōminātīvus: Aemilia. Accūsātīvus: Aemiliam.
7. Accūsātīvus: Iūlium. Nōminātīvus: Iūlius.
8. Accūsātīvus: Iūliam. Nōminātīvus: Iūlia.
9. Nōminātīvus: puer improbus. Accūsātīvus: puerum improbum.
10. Nōminātīvus: parva puella. Accūsātīvus: parvam puellam.

Lēctiō grammatica

nōminātīvus (nōm.)
accūsātīvus (acc.)

masc.
nōm. *-us (-r)*
acc. *-um*

fēm.
nōm. *-a*
acc. *-am*

CAPITULUM IV

EXERCITIUM I – EJERCICIO 1

Exercitium 1

1. I = ūnus.
2. II = duo.
3. III = trēs.
4. IV = quattuor.
5. V = quīnque.
6. VI = sex.
7. VII = septem.
8. VIII = octō.
9. IX = novem.
10. X = decem.

Lēctiō I

decem
duo
novem
octō
quattuor
quīnque
septem
sex
trēs
ūnus

[CAP 4] EXERCITIUM II – EJERCICIO 2

Exercitium 2

1. Quot sunt II et II? II et II sunt quattuor.
2. Quot sunt III et III? III et III sunt sex.
3. Quot sunt IV et IV? IV et IV sunt octō.
4. Quot sunt V et V? V et V sunt decem.
5. Quot sunt II et III? II et III sunt quīnque.
6. Quot sunt III et IV? III et IV sunt septem.
7. Quot sunt IV et V? IV et V sunt novem.

$2 + 2 = 4$
$3 + 3 = 6$
$4 + 4 = 8$
$5 + 5 = 10$
$2 + 3 = 5$
$3 + 4 = 7$
$4 + 5 = 9$

[CAP 4] EXERCITIUM III – EJERCICIO 3

Exercitium 3

1. In sacculō Iūliī pecūnia est.
2. Iūlius pecūniam in sacculō habet.
3. In sacculō eius [: Iūliī] multī nummī sunt.
4. Iūlius pecūniam numerat: "I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, X."
5. Iūlius: "Quid? Decem tantum?"
6. Iūlius rūrsus pecūniam suam numerat: "I, II, III..... X."
7. In sacculō Iūliī nōn centum, sed tantum decem nummī sunt.

abest absunt
adest adsunt
eius
habet
numerat
nummus
pecūnia
rūrsus
sacculus
salūtat
salvē
suus
tacet
tantum

8. Iūlius: "Ubi est servus meus?" Iūlius servum suum Dāvum nōn videt.

Dāvus abest.

9. Mēdus nōn abest; Mēdus adest.

10. Dāvus venit. Iam duo servī adsunt; cēterī servī absunt.

11. Dāvus dominum salūtat: "Salvē, domine!"

12. Iūlius Dāvum salūtat: "Salvē, Dāve! Ubi est pecūnia mea?"

13. Davus nōn respondet: Dāvus tacet.

[CAP 4] EXERCITIUM IV – EJERCICIO 4

1. Quot persōnae adsunt in scaenā prīmā? ...

trēs persōnae adsunt

2. Quot virī et quot fēminae adsunt? ...

duo virī et ūna fēmina adsunt

3. Quid Iūlius in sacculō habet? ...

Iūlius pecūniam habet in sacculō

4. Centumne nummī in sacculō sunt? ...

nōn centum, sed decem tantum nummī in sacculō sunt

5. Adestne Dāvus? ...

Dāvus nōn adest

6. Quot servī adsunt? ...

ūnus servus adest

7. Quis est servus quī adest? ...

servus quī adest est Mēdus

8. Quem vocat Mēdus? ...

Mēdus Dāvum vocat

9. Quem Dāvus salūtat? ...

Dāvus Iūlium salūtat

10. Quot servī iam adsunt? ...

iam duo servī adsunt

[CAP 4] EXERCITIUM V – EJERCICIO 5

Exercitium 5

Exempla:

Iūlius pecūniam suam numerat.

Mēdus pecūniam eius [: Iūliī] habet.

1. Ubi est pecūnia Iūliī? Pecūnia eius in sacculō est.

2. Iūlius pecūniam suam in mēnsā pōnit.

3. Aemilia pecūniam eius [: Iūliī] videt.

4. Adestne servus Iūliī? Servus eius adest.

5. Iūlius servum suum videt.

6. Dāvus venit et dominum suum salūtat.

7. Dāvus sacculum suum in mēnsā pōnit.

8. In sacculō eius pecūnia nōn est: sacculus eius vacuus est.

9. Dāvus nūllam pecūniam in sacculō suō habet.

10. Iūlius ūnum nummum in sacculō eius [: Dāvī] pōnit.

11. Iūlius: "Sūme sacculum tuum!" Dāvus sacculum suum sūmit.

12. Mēdus nōn suam pecūniam, sed Iūliī in sacculō suō habet.

Lēctiō II

eius
suum -am -ō

pecūnia eius
pecūniam eius
sacculus eius
sacculum eius
in sacculō eius

pecūniam suam
sacculum suum
in sacculō suō

[CAP 4] EXERCITIUM VI – EJERCICIO 6

Exercitium 6

1. Mēdus Dāvum vocat: "Dāve!"

2. Dāvus Mēdum interrogat: "Quid est, Mēde?"

3. Mēdus: "St! Tacē, Dāve! Dominus adest."

4. Servus dominum salūtat: "Salvē, domine!"

5. Dominus servum salūtat: "Salvē, serve!"

6. Iūlius: "Ubi est pecūnia mea, Dāve?"

7. Dāvus: "Ecce sacculus meus, domine."

8. Iūlius: "Discēde, bone serve!"

9. Iūlius Mēdum vocat: "Mēde! Venī, improbe serve!"

-e

[CAP 4] EXERCITIUM VII – EJERCICIO 7

Exercitium 7

1. Iūlius Mēdum interrogat: "Ubi sunt nummī meī?" Mēdus nūllum verbum respondet.
2. Mēdus Dāvum accūsat: "In sacculō Dāvī sunt nummī tuī!"
3. Dāvus: "Ecce sacculus meus." Dāvus sacculum suum in mēnsā pōnit.
4. In sacculō Dāvī nūlla pecūnia est: sacculus vacuus est.
5. Dāvus servus bonus [= probus] est.
6. Iūlius ūnum nummum in sacculō Dāvī pōnit.
7. Dāvus laetus sacculum suum sūmit et discēdit.
8. Quid Mēdus videt in mēnsā? Mēdus baculum Iūliī videt.
9. Mēdus baculum, quod in mēnsā est, videt et discēdit.

accūsat
baculum
bonus
discēdit
ecce
is
mēnsa
nūllus
pōnit
quod
sūmit
vacuus

10. Mēdus discēdit, quia is pecūniam dominī habet.

[CAP 4] EXERCITIUM VIII – EJERCICIO 8

Exercitium 8

1. Iūlius: "Dāvum vocā, Mēde!"
2. Mēdus Dāvum vocat: "Dāve, venī!" Dāvus venit.
3. Mēdus: "Salūtā dominum!" Dāvus dominum salūtat.
4. Dominus: "Tacē et audī, serve!" Servus tacet et audit.
5. Dominus: "Respondē, serve!" Servus respondet.
6. Dominus: "Sacculum tuum in mēnsā pōne!" Servus sacculum suum in mēnsā pōnit.
7. Servus: "Vidē, domine: sacculus meus vacuus est." Dominus sacculum vacuum videt.

[1]	-ā	-at
[2]	-ē	-et
[3]	-e	-it
[4]	-ī	-it

6. Dominus: "Sūme sacculum tuum et discēde!" Servus sacculum suum sūmit et discēdit.

[CAP 4] EXERCITIUM IX – EJERCICIO 9

Exercitium 9

1. Quot persōnae adsunt in scaenā secundā? ...

quattuor persōnae adsunt

2. Quem Mēdus accūsat? ...

Mēdus Dāvum accūsat

3. Quid Dāvus in mēnsā pōnit? ...

sacculum suum in mēnsā pōnit

4. Quot nummī in sacculō Dāvī sunt? ...

in sacculō eius nūllī nummī sunt

5. Estne Dāvus servus improbus? ...

Dāvus servus probus est

6. Cūr Dāvus laetus discēdit? ...

laetus est quia nummum habet

7. Quid Mēdus videt in mēnsā? ...

Mēdus baculum dominī videt

8. Adestne Mēdus in scaenā tertiā? ...

Mēdus nōn adest, sed abest

9. Cūr Mēdus abest? ...

... quia pecūniam dominī habet

10. Num Mēdus servus probus est? ...

Mēdus servus improbus est

[CAP 4] EXERCITIUM X – EJERCICIO 10

Exercitium 10

Exempla:

Mēdus Dāvum vocat: "Dāv|e!"

Servus dominum salūtat: "Salvē, domin|e!"

1. 'Dāv|e' nōn nōminātīvus, sed vocātīvus est.

Lēctiō grammatica

vocātīvus (voc.)

nōm. *-us*
voc. *-e*

2. 'Domin|e' quoque vocātīvus est.

3. Nōminātīvus: Dāvus. Vocātīvus: Dāve.

4. Nōminātīvus: dominus. Vocātīvus: domine.

5. Vocātīvus: Mēde. Nōminātīvus: Mēdus.

6. Nōminātīvus: servus. Vocātīvus: serve.

7. Nōminātīvus: Mārcus. Vocātīvus: Mārce.

8. Vocātīvus: Quīnte. Nōminātīvus: Quīntus.

9. Nōminātīvus: -us. Vocātīvus: -e.

[CAP 4] EXERCITIUM XI – EJERCICIO 11

Exercitium 11

Exempla:

Dominus: "Salūtā mē!" Servus dominum salūtat.

Dominus: "Tacē et audī!" Servus tacet et audit.

Dominus: "Discēde, serve!" Servus discēdit.

1. 'Salūtat' indicātīvus est. 'Salūtā' est imperātīvus.

2. 'Tacet' et 'audit' nōn imperātīvus, sed indicātīvus est.

3. 'Tacē' et 'audī' nōn indicātīvus, sed imperātīvus est.

4. 'Discēde' quoque imperātīvus est. 'Discēdit' indicātīvus est.

5. Indicātīvus: vocat. Imperātīvus: vocā.

6. Indicātīvus: videt. Imperātīvus: vidē.

imperātīvus (imp.)
indicātīvus (ind.)

[1] imp. *-ā*
ind. *-at*
[2] imp. *-ē*
ind. *-et*
[3] imp. *-e*
ind. *-it*
[4] imp. *-ī*
ind. *-it*

7. Imperātīvus: pōne. Indicātīvus: pōnit.

8. Imperātīvus: venī. Indicātīvus: venit.

9. Indicātīvus: audit. Imperātīvus: audī.

10. Indicātīvus: sūmit. Imperātīvus: sūme.

11. Indicātīvus: -at. Imperātīvus: -ā.

12. Indicātīvus: -et. Imperātīvus: -ē.

13. Imperātīvus: -e. Indicātīvus: -it.

14. Imperātīvus. -ī. Indicātīvus: -it.

CAPITULUM V

EXERCITIUM I – EJERCICIO 1

Exercitium 1

1. Servus abest; dominus servum vocat.
2. Servī absunt; dominus servōs vocat.
3. Ancilla abest; domina ancillam vocat.
4. Ancillae absunt; domina ancillās vocat.
5. Mārcus et Quīntus fīliī Iūliī sunt.
6. Iūlius nōn ūnum fīlium, sed duōs fīliōs habet.
7. Iūlia fīlia Iūliī est.
8. Iūlius nōn duās fīliās, sed ūnam fīliam habet.
9. Iūlius nummōs suōs numerat: in sacculō sunt decem nummī.
10. Iūlius ūnum nummum in sacculō Dāvī pōnit.

Lēctiō I

-us	-ī
-um	-ōs
-a	-ae
-am	-ās
-um	-a

11. Iam ūnus nummus in sacculō Dāvī est.
12. Dāvus ūnum nummum habet. Iūlius multōs nummōs habet.
13. Baculum Iūliī in mēnsā est; Mēdus baculum videt.
14. Iūlius interrogat. Mēdus nūllum verbum respondet.
15. In hortō sunt multae rosae et multa līlia.
16. Iūlia multās rosās et multa līlia videt in hortō.

[CAP 5] EXERCITIUM II – EJERCICIO 2

Exercitium 2

1. Iūlius in magnā vīllā habitat.
2. Iūlius magnam vīllam cum magnō hortō habet.
3. Iūlius cum familiā suā in vīllā habitat.
4. In hortō sunt multae rosae et multa līlia.
5. Hortus Iūliī est magnus et pulcher.
6. Nāsus Syrae nōn pulcher, sed foedus est.
7. Syra fēmina pulchra nōn est, quia nāsum magnum et foedum habet.

amat
aqua
ātrium
cubiculum
cum
ea
etiam
fenestra
foedus
habitat
hortus
līlium
nāsus
ōstium
peristȳlum
pulcher
rosa
sōlus
vīlla

8. Iūlius Aemiliam amat, quia ea pulchra et proba fēmina est.

9. Iūlius nōn sōlus, sed cum magnā familiā in vīllā habitat.

10. In vīllā duo ōstia et multae fenestrae sunt.

11. In ātriō nūllae fenestrae sunt.

12. Impluvium in ātriō est. In impluviō aqua est.

13. In peristȳlō est parvus hortus.

14. Iūlia in parvō cubiculō dormit; etiam Mārcus [= Mārcus quoque] in parvō cubiculō dormit.

[CAP 5] EXERCITIUM III – EJERCICIO 3

Exercitium 3

1. Iūlius in vīllā habitat.

2. Iūlius et Aemilia in vīllā habitant.

3. Aemilia trēs līberōs habet.

4. Iūlius et Aemilia trēs līberōs habent.

5. Aemilia Iūlium amat et Iūlius Aemiliam amat.

6. Iūlius et Aemilia līberōs suōs amant.

7. Servī dominum salūtant et dominus servōs salūtat.

8. Dominus imperat; servī pārent.

9. Puella cantat. Puerī nōn cantant, sed rīdent.

10. Mārcus in parvō cubiculō dormit.

11. Iūlius et Aemilia in magnō cubiculō dormiunt.

[1]	-at	-ant
[2]	-et	-ent
[4]	-it	-iunt

[CAP 5] EXERCITIUM IV – EJERCICIO 4

Exercitium 4

1. Iūlius in magnā vīllā habitat cum Aemiliā et cum līberīs et servīs.

2. Iūlius et Aemilia cum Mārcō et Quīntō et Iūliā in vīllā habitant.

3. Iūlius vīllam cum magnō hortō habet.

-ō	-īs
-ā	

4. In hortō multae rosae sunt.

5. Iūlius hortum habet cum multīs rosīs.

6. In Italiā multae vīllae cum magnīs hortīs sunt.

7. In hortīs vīllārum sunt rosae.

8. In vīllīs Italiae magna ātria sunt.

9. Iūlius vīllam cum magnō ātriō habet.

10. In ātriō impluvium est; in impluviō est aqua.

11. Iūlius cum Aemiliā in magnō cubiculō dormit.

12. Mārcus et Quīntus in parvīs cubiculīs dormiunt.

[CAP 5] EXERCITIUM V – EJERCICIO 5

Exercitium 5

1. Ubi habitat Iūlius? ...

Iūlius in magnā vīllā habitat

2. Num Iūlius sōlus habitat? ...

nōn sōlus, sed cum familiā habitat

3. Quot fīliōs et quot fīliās habet Iūlius? ...

duōs fīliōs et ūnam fīliam habet

4. Quot servōs habet? ...

centum servōs habet

5. Ubi sunt rosae et līlia? ...

rosae et līlia in hortō sunt

6. Ubi est impluvium? ...

impluvium in ātriō est

7. Quot fenestrae in ātriō sunt? ...

in ātriō sunt nūllae fenestrae

8. Ubi dormit Quīntus? ...

Quīntus in parvō cubiculō dormit

9. Servī ubi dormiunt? ...

Servī in parvīs cubiculīs dormiunt

10. Estne Iūlius in vīllā? ...

nōn est in vīllā, sed in oppidō

11. Estne Aemilia in oppidō cum virō suō? ...

Aemilia cum virō suō nōn est

12. Sōlane est Aemilia in peristȳlō? ...

nōn sōla, sed cum līberīs suīs est

[CAP 5] EXERCITIUM VI – EJERCICIO 6

Exercitium 6

1. Mēdus servus est; dominus eius est Iūlius.
2. Mēdus et Dāvus servī sunt; dominus eōrum est Iūlius.
3. Servī dominum suum vident et eum salūtant.
4. Dominus servōs suōs videt et eōs salūtat.
5. Syra ancilla est; domina eius est Aemilia.
6. Syra et Dēlia ancillae sunt; domina eārum est Aemilia.
7. Ancillae dominam suam vident et eam salūtant.
8. Domina ancillās suās videt et eās salūtat.
9. Estne sōla Aemilia? Ea sōla nōn est, līberī cum eā sunt.
10. Estne sōlus Iūlius? Neque is sōlus est, servī cum eō sunt.

Lēctiō II

is	iī (eī)
ea	eae
id	ea
eum	eōs
eam	eās
eius	eōrum
	eārum
eō	iīs (eīs)
eā	

11. Suntne ancillae cum Aemiliā? Eae cum dominā nōn sunt.
12. Iūlia in peristȳlō est; māter eius cum eā est.
13. Ubi sunt puerī? Iī quoque in peristȳlō sunt.
14. Līberī sōlī nōn sunt: māter eōrum cum iīs est neque ea ab iīs discēdit.
15. Hortus pulcher est, in eō sunt multae rosae.
16. Estne pulchrum peristȳlum? Id quoque pulchrum est; in eō parvus hortus

17. Vīlla magna est; in eā sunt multa cubicula.

18. Servī in cubiculīs dormiunt; cubicula eōrum nōn magna sunt.

19. Suntne parva cubicula līberōrum? Ea quoque parva sunt.

[CAP 5] EXERCITIUM VII – EJERCICIO 7

Exercitium 7

1. Iūlia ab Aemiliā discēdit; puerī nōn discēdunt.

2. Aemilia imperat: "Iūliam vocāte, puerī!"

3. Puerī Iūliam vocant: "Iūlia! Venī!"

4. Iūlia eōs nōn audit neque venit.

5. Iūlia puerōs vocat: "Mārce et Quīnte! Venīte!"

6. Puerī Iūliam audiunt neque ab Aemiliā discēdunt.

7. Quīntus: "Carpe rosās, Iūlia!" Iūlia rosās carpit et ex hortō venit cum quīnque rosīs.

8. Iūlia: "Vidē rosās meās, mamma! Vidēte, puerī!"

9. Puerī rosās vident. Aemilia: "Ecce puella pulchra!"

[1] -ā -āte
-at -ant

[2] -ē -ēte
-et -ent

[3] -e -ite
-it -unt

[4] -ī -īte
-it -iunt

10. Iūlia: "Audīte, Mārce et Quīnte!"

11. Mārcus: "Māter nāsum tuum foedum nōn videt!"

12. Iūlia plōrat. Mārcus rīdet. Aemilia: "Tacē, Mārce!"

13. Mārcus nōn tacet. Mārcus et Quīntus rīdent.

14. Aemilia: "Tacēte, puerī improbī!" Puerī tacent.

15. Iūlia: "Sūme rosās, mamma, eāsque in aquā pōne!"

16. Quid agit Iūlia? Ea ūnam rosam sūmit et discēdit.

17. Aemilia: "Discēdite, puerī! Agite! Sūmite cēterās rosās eāsque in aquā pōnite!"

18. Puerī rosās sūmunt, discēdunt, et rosās in aquā pōnunt.

19. Aemilia: "Venīte, ancillae!" Ancillae veniunt.

20. Aemilia: "Quid agunt puerī? Age, Dēlia! Discēde et interrogā eōs!"

[CAP 5] EXERCITIUM VIII – EJERCICIO 8

Exercitium 8

1. **Aemilia in peristȳlō est cum līberīs, sed sine virō suō.**
2. **Iūlia rosās in hortō videt et ab Aemiliā discēdit.**
3. **Puerī cum Aemiliā sunt neque ab eā discēdunt.**
4. **Iūlia ex hortō venit cum quīnque rosīs.**
5. **Rīdent puerī. Iūlia cum ūnā rosā ab iīs discēdit.**
6. **In vīllā magnum ātrium est cum impluviō.**
7. **In ātriō puerī aquam sūmunt ex impluviō rosāsque in aquā pōnunt.**
8. **Iūlius in oppidō est cum quattuor servīs, sed sine Aemiliā.**

ab	-ō
cum	-ā
ex	-īs
in	
sine	

[CAP 5] EXERCITIUM IX – EJERCICIO 9

Exercitium 9

Exempla:

Iūlius nōn ūnum servum, sed multōs servōs habet.

Aemilia nōn ūnam ancillam, sed multās ancillās habet.

Vīlla nōn ūnum cubiculum, sed multa cubicula habet.

1. **'Serv|um' nōn nōminātīvus, sed accūsātīvus est. 'Serv|ōs' quoque accūsātīvus est.**
2. **'Serv|ōs' nōn accūsātīvus singulāris, sed accūsātīvus plūrālis est.**
3. **'Serv|um' est accūsātīvus singulāris.**
4. **'Ancill|am' accūsātīvus est. 'Ancill|ās' quoque accūsātīvus est.**
5. **'Ancill|am' accūsātīvus singulāris est; 'ancill|ās' est accūsātīvus plūrālis.**
6. **'Cubicul|um' nōminātīvus et accūsātīvus est. 'Cubicul|a' quoque nōminātīvus et accūsātīvus est.**
7. **'Cubicul|um' nōminātīvus et accūsātīvus singulāris est.**
8. **'Cubicul|a' est nōminātīvus et accūsātīvus plūrālis.**
9. **Singulāris: nōminātīvus: servus, accūsātīvus: servum.**
10. **Plūrālis: nōminātīvus: servī, accūsātīvus: servōs.**
11. **Singulāris: nōminātīvus: ancilla, accūsātīvus: ancillam.**

Lēctiō grammatica

accūsātīvus singulāris et plūrālis

accūsātīvus

		sing.	plūr.
m.	nōm.	*-us*	*-ī*
	acc.	*-um*	*-ōs*
f.	nōm.	*-a*	*-ae*
	acc.	*-am*	*-ās*
n.	nōm.	*-um*	*-a*
	acc.	*-um*	*-a*

12. Plūrālis: nōminātīvus: ancillae, accūsātīvus: ancillās.

13. Singulāris: nōminātīvus et accūsātīvus: cubiculum.

14. Plūrālis: nōminātīvus et accusātīvus: cubicula.

[CAP 5] EXERCITIUM X – EJERCICIO 10

Exercitium 10

Exempla:

Cum ūnō servō. Cum multīs servīs.

Cum ūnā ancillā. Cum multīs ancillīs.

Cum ūnō cubiculō. Cum multīs cubiculīs.

1. 'Serv|ō' nōn nōminātīvus, sed ablātīvus est.

2. 'Serv|ō' ablātīvus singulāris est; 'serv|īs' ablātīvus plūrālis est.

3. 'Ancill|ā' ablātīvus singulāris est; 'ancill|īs' ablātīvus plūrālis est.

4. 'Cubicul|ō' ablātīvus singulāris est; 'cubicul|īs' est ablātīvus plūrālis.

ablātīvus (abl.)

		sing.	plūr.
m.	nōm.	*-us*	*-ī*
	abl.	*-ō*	*-īs*
f.	nōm.	*-a*	*-ae*
	abl.	*-ā*	*-īs*
n.	nōm.	*-um*	*-a*
	abl.	*-ō*	*-īs*

5. Singulāris: nōminātīvus: servus, ablātīvus: servō.

6. Plūrālis: nōminātīvus: servī, ablātīvus: servīs.

7. Singulāris: nōminātīvus: ancilla, ablātīvus: ancillā.

8. Plūrālis: nōminātīvus: ancillae, ablātīvus: ancillīs.

9. Singulāris: nōminātīvus: cubiculum, ablātīvus: cubiculō.

10. Plūrālis: nōminātīvus: cubicula, ablātīvus: cubiculīs.

[CAP 5] EXERCITIUM XI – EJERCICIO 11

Exercitium 11

1. 'Vocā' imperātīvus singulāris est; 'vocā|te' imperātīvus plūrālis est.

2. 'Voca|t' indicātīvus singulāris est; 'voca|nt' est indicātīvus plūrālis.

3. 'Vidē', 'pōn|e', 'venī' imperātīvus singulāris est; 'vidē|te', 'pōn|ite', 'venī|te' imperātīvus plūrālis est.

4. 'Vide|t', 'pōn|it', 'veni|t' indicātīvus singulāris est; 'vide|nt', 'pōn|unt', 'veni|unt' indicātīvus plūrālis est.

5. Imperātīvus singulāris: cantā, tacē, age, audī.

imperātīvus et indicātīvus singulāris et plūrālis

		sing.	plūr
[1]	imp.	*-ā*	*-āte*
	ind.	*-at*	*-ant*
[2]	imp.	*-ē*	*-ēte*
	ind.	*-et*	*-ent*
[3]	imp.	*-e*	*-ite*
	ind.	*-it*	*-unt*
[4]	imp.	*-ī*	*-īte*
	ind.	*-it*	*-iunt*

6. Imperātīvus plūrālis: cantāte, tacēte, agite, audīte.

7. Indicātīvus singulāris: cantat, tacet, agit, audit.

8. Indicātīvus plūrālis: cantant, tacent, agunt, audiunt.

CAPITULUM VI

[CAP 6] EXERCITIUM I – EJERCICIO 1

Exercitium 1

1. Via Flāminia est inter Rōmam et Arīminum.
2. Vīlla Iūliī prope Tūsculum est, neque procul ā Rōmā.
3. Ab oppidō ad vīllam nōn longa via est.
4. Iūlius ab oppidō ad vīllam it.
5. Vīlla est ante eum, oppidum post eum est.
6. Dominus et quattuor servī ad vīllam eunt.
7. Servī in viā ambulant; dominus in lectīcā est neque ambulat.
8. Duo servī lectīcam cum dominō portant.
9. Syrus et Lēander duōs saccōs in umerīs portant.
10. Unde venit Iūlius? Ab oppidō venit.
11. Quō it Iūlius? Ad vīllam it.
12. Duo servī dominum ab oppidō ad vīllam vehunt [= portant].
13. Dominus sōlus nōn est, nam quattuor servī apud eum sunt.
14. Mēdus nummōs Iūliī habet; itaque is nōn est cum dominō.
15. Mēdus dominum īrātum timet.
16. Mēdus servus malus est. Dāvus autem [= sed D.] servus bonus est.
17. Dāvus Mēdum nōn amat: Dāvus amīcus Mēdī nōn est.
18. Dāvus et Mēdus nōn amīcī, sed inimīcī sunt.
19. Via Latīna nōn tam longa est quam via Appia.
20. In mūrō Rōmānō antīquō sunt duodecim [XII] portae.
21. Circum Tūsculum mūrus nōn tam longus est quam circum Rōmam.

Lēctiō I

ad
ambulat
amīcus
ante
apud
autem
circum
duodecim
inimīcus
inter
it eunt
itaque
lectīca
longus
malus
mūrus
nam
porta
portat
post
procul
prope
quam
quō
saccus
tam
timet
umerus
unde
vehit
via

[CAP 6] EXERCITIUM II – EJERCICIO 2

Exercitium 2

1. Ubi est via Latīna? ...

Via Latīna est inter Rōmam et Capuam

2. Quid est Capua? ...

Capua est oppidum Rōmānum

3. Num fluvius Tiberis tam longus est quam Nīlus? ...

Tiberis nōn tam longus est quam Nīlus

4. Estne Tūsculum procul ā Rōmā? ...

Tūsculum prope Rōmam est

5. Ubi est vīlla Iūliī? ...

Vīlla Iūliī est prope Tūsculum

6. Ubi est Iūlius? ...

Iūlius inter vīllam et oppidum est

7. Ambulatne Iūlius? ...

nōn ambulat, servī eum vehunt

8. Quot servī apud dominum sunt? ...

quattuor servī apud eum sunt

9. Quī lectīcam portant? ...

Ursus et Dāvus lectīcam portant

10. Quid portant Syrus et Lēander? ...

Syrus et Lēander saccōs portant

11. Quō it Iūlius? ...

Iūlius ad vīllam suam it

12. Unde venit Iūlius? ...

Iūlius ab oppidō Tūsculō venit

13. Cūr Mēdus apud dominum nōn est? ...

... quia Mēdus dominum timet

14. Suntne amīcī Mēdus et Dāvus? ...

nōn amīcī, sed inimīcī sunt

[CAP 6] EXERCITIUM III – EJERCICIO 3

Exercitium 3

1. Iūlius nōn ā vīllā, sed ab oppidō venit.
2. Iūlia ab Aemiliā et ā puerīs discēdit.
3. Iūlius ab ūnō ad decem numerat, neque ā decem ad centum.
4. Mēdus ā dominō discēdit, Dāvus ab eō nōn discēdit.
5. Britannia est procul ab Italiā et ā Rōmā.
6. Imperium Rōmānum est ab Hispāniā ad Arabiam et ā Britanniā ad Āfricam.

ab *ante* a- e- i- o- u- h-
ā/ab *ante cēterās litterās*

[CAP 6] EXERCITIUM VI – EJERCICIO 4

Exercitium 4

1. Via Appia est inter Rōmam et Brundisium.
2. Inter oppida sunt viae. Circum multa oppida sunt mūrī.
3. Vīlla Iūliī est prope oppidum Tūsculum.
4. Inter oppidum et vīllam nōn longa via est.
5. Iūlius ab oppidō Tūsculō ad vīllam suam it.
6. Dominus in lectīcā est inter duōs servōs.
7. Ursus est ante dominum, Dāvus post eum est.
8. Quattuor servī apud dominum (= cum dominō) sunt.
9, Aemilia in vīllā est sine virō suō Iūliō.
10. Puerī apud Aemiliam sunt neque ab eā discēdunt.
11. Iūlia ex hortō ad Aemiliam venit cum quīnque rosīs.
12. 'Ab', nōn 'ā', ante litterās a-, e-, i-, o-, u-, h-!

ad	-um
ante	-am
post	-ōs
inter	-ās
prope	-a
circum	
apud	
ab/ā	-ō
ex	-ā
in	-īs
cum	
sine	

[CAP 6] EXERCITIUM V – EJERCICIO 5

Exercitium 5

1. Servī quī saccōs portant sunt Syrus et Lēander.
2. Saccī quōs servī portant nōn parvī sunt.
3. Saccus quem Lēander portat est magnus.
4. Servus quī magnum saccum portat laetus nōn est.
5. Dominus quem servī vehunt est Iūlius.
6. Servī quī Iūlium vehunt sunt Ursus et Dāvus.

quī	quī
quem	quōs

7. Servī quōs dominus vocat ad eum veniunt.

8. Dominus verberat servōs quī nōn pārent.

9. Servī quōs dominus verberat improbī sunt.

10. Nummī quōs Mēdus in sacculō suō habet Iūliī sunt.

[CAP 6] EXERCITIUM VI – EJERCICIO 6

Exercitium 6

1. Quō it Mēdus? Mēdus Rōmam it, nam amīca eius Rōmae habitat.

2. Unde venit Cornēlius? Cornēlius Rōmā venit.

3. Quō it Cornēlius? Cornēlius Tūsculum it, nam is Tūsculī habitat.

4. Unde venit Mēdus? Mēdus Tūsculō venit.

5. Mēdus Tūsculō Rōmam it.

6. Cornēlius Rōmā Tūsculum it.

7. Iam Mēdus Rōmae apud amīcam suam est.

8. Ubi est Cornēlius? Tūsculī est apud familiam suam.

Lēctiō II

quō?	-um	-am
unde?	-ō	-ā
ubi?	-ī	-ae

[CAP 6] EXERCITIUM VII – EJERCICIO 7

Exercitium 7

1. Dominus nōn ambulat, sed ā servīs portātur.

2. Iūlius Aemiliam amat et ab Aemiliā amātur.

3. Iūlius et Aemilia līberōs suōs amant et ab iīs amantur.

4. Servī malī dominum timent neque ā dominō timentur.

5. Quīntus Mārcum videt neque ab eō vidētur.

6. Quīntus Mārcum pulsat et ab eō pulsātur.

7. Quīntus Iūlium vocat neque ab eō audītur.

8. Puerī Iūliam vocant neque ab eā audiuntur.

9.Equus Cornēlium vehit; Iūlius nōn equō, sed lectīcā vehitur.

10. Dominī vehuntur, servī ambulant.

[1]	-at -ātur	-ant -antur
[2]	-et -ētur	-ent -entur
[3]	-it -itur	-unt -untur
[4]	-it -ītur	-iunt -iuntur

11. Fēminae rosīs dēlectantur.

12. Iūlius nummōs in mēnsā pōnit et numerat.

13. Nummī ā Iūliō in mēnsā pōnuntur et numerantur.

[CAP 6] EXERCITIUM VIII – EJERCICIO 8

Exercitium 8

Exemplum:

Dominus servum vocat = servus ā dominō vocātur.

1. Ancilla dominum salūtat = dominus ab ancillā salūtātur
2. Dominus ā servīs salūtātur = servī dominum salūtant
3. Dominus servōs interrogat = servī ā dominō interrogantur
4. Dāvus accūsātur ā Mēdō = Mēdus Dāvum accūsat
5. Dāvus sacculum in mēnsā pōnit = sacculus in mēnsā pōnitur ā Dāvō
6. Iūlius ā Mēdō timētur = Mēdus Iūlium timet
7. Iūlius Mēdum vocat = Mēdus ā Iūliō vocātur
8. Iūlia ā puerīs vocātur = puerī Iūliam vocant
9. Iūlia puerōs nōn audit = puerī ā Iūliā nōn audiuntur
10. Puerī vocantur ā Iūliā = Iūlia puerōs vocat
11. Servī improbī dominum īrātum timent = dominus īrātus ā servīs improbīs timētur
12. Servī improbī ā dominō īrātō verberantur = dominus īrātus servōs improbōs verberat

-us	-um	-t
-a	-am	
-ī	-ōs	-nt
-ae	-ās	

-us	ab/ā	-ō	-tur
-a		-ā	
-ī		-īs	-ntur
-ae			

[CAP 6] EXERCITIUM IX – EJERCICIO 9

Exercitium 9

1. Cornēlius equō vehitur.
2. Iūlius lectīcā vehitur.
3. Iūlia verbīs Aemiliae dēlectātur.
4. Dominus servum improbum baculō verberat.
5. Servī saccōs umerīs portant.
6. Servī dominum lectīcā vehunt.
7. Mēdus viā Latīnā Tūsculō Rōmam it.

-ō
-ā
-īs

[CAP 6] EXERCITIUM X – EJERCICIO 10

Exercitium 10

1. Cornēlius nōn ambulat, sed equō vehitur.

2. Tūsculum, ubi Cornēlius habitat, prope Rōmam est.

3. Servī quī magnam lectīcam portant fessī sunt.

4. Lȳdia est amīca Mēdī, quae Rōmae habitat.

5. Mēdus ōstium Lȳdiae pulsat. Lȳdia: "Intrā!"

6. Mēdus per ōstium intrat et amīcam suam salūtat.

amīca
equus
fessus
intrat
per
pulsat
ubi

[CAP 6] EXERCITIUM XI – EJERCICIO 11

Exercitium 11

1. Ubi habitat Cornēlius? ...

Cornēlius Tūsculī habitat

2. Unde Cornēlius venit et quō it? ...

Rōmā venit et Tūsculum it

3. Ambulatne Cornēlius? ...

Cornēlius equō vehitur

4. Cūr Mēdus equō nōn vehitur? ...

... quia servus est neque equum habet

5. Cūr laetus est Mēdus? ...

... quia ad amīcam suam it

6. Quae est Lȳdia? ...

Lȳdia est amīca Mēdī

7. Ubi Lȳdia habitat? ...

Lȳdia Rōmae habitat

8. Cūr Ursus et Dāvus fessī sunt? ...

... quia magnōs saccōs portant

9. Cūr Iūlius fessus nōn est? ...

... quia lectīcā vehitur

10. Quī Iūlium salūtant? ...

līberī eum salūtant

[CAP 6] EXERCITIUM XII – EJERCICIO 12

Exercitium 12

1. 'Amā|tur', 'ama|ntur' nōn verbum āctīvum, sed passīvum est.

2. 'Ama|t', 'ama|nt' nōn verbum passīvum, sed āctīvum est.

3. 'Vide|t', 'vide|nt' quoque verbum āctīvum est; 'vidē|tur', 'vide|ntur' est verbum passīvum.

4. 'Pōn|it', 'pōn|unt' āctīvum est; 'pōn|itur', 'pōn|untur' passīvum est.

5. 'Audi|t', 'audi|unt' āctīvum est; 'audī|tur', 'audi|untur' est passīvum.

6. Āctīvum: singulāris: vocat, timet, vehit, audit; plūrālis: vocant, timent, vehunt, audiunt.

7. Passīvum: singulāris: vocātur, timētur, vehitur, audītur; plūrālis: vocantur, timentur, vehuntur, audiuntur.

Lēctiō grammatica

āctīvum (āct.)
passīvum (pass.)

		sing.	plūr.
[1]	āct.	*-at*	*-ant*
	pass.	*-ātur*	*-antur*
[2]	āct.	*-et*	*-ent*
	pass.	*-ētur*	*-entur*
[3]	āct.	*-it*	*-unt*
	pass.	*-itur*	*-untur*
[4]	āct.	*-it*	*-iunt*
	pass.	*-ītur*	*-iuntur*

CAPITULUM VII

[CAP 7] EXERCITIUM I – EJERCICIO 1

Exercitium 1

1. In peristȳlō Aemilia virum suum exspectat.
2. Iūlia in cubiculō suō rosam ante nāsum tenet.
3. Iūlia nōn rīdet, sed lacrimat: in oculīs eius sunt lacrimae.
4. Iūlia speculum ante oculōs tenet et sē in speculō videt.
5. Syra ōstium pulsat. Iūlia: "Intrā!" Syra ōstium aperit et in cubiculum intrat.
6. Syra ōstium post sē claudit.
7. Iūlia: "Num nāsus meus foedus est?" Syra: "Immō nāsus tuus fōrmōsus est."
8. Iūlia sē vertit et Syra lacrimās eius videt.
9. Syra: "Tergē oculōs! Es laeta!"

Lēctiō I

aperit
claudit
es
exspectat
fōrmōsus
immō
lacrima
lacrimat
oculus
sē
speculum
tenet
terget
vertit

[CAP 7] EXERCITIUM II – EJERCICIO 2

Exercitium 2

1. Quid agunt Mārcus et Quīntus? ...

Iūlium exspectant

2. Estne Aemilia apud fīliōs? ...

Aemilia apud eōs nōn est

3. Cūr Aemilia laeta nōn est? ...

... quia vir eius abest

4. Ubi est Iūlia? ...

Iūlia in cubiculō suō est

5. Quid Iūlia ante nāsum tenet? ...

Iūlia rosam ante nāsum tenet

6. Rīdetne Iūlia? ...

Iūlia nōn rīdet, sed lacrimat

7. Cūr Iūlia lacrimat? ...

... quia puerī improbī eam rīdent

8. Quid Iūlia in speculō videt? ...

Iūlia sē in speculō videt

9. Estne fōrmōsus nāsus Iūliae? ...

nāsus eius fōrmōsus nōn est

10. Quis in cubiculum eius intrat? ...

Syra in cubiculum intrat

11. Cūr Syra lacrimās Iūliae nōn videt? ...

... quia Iūlia sē nōn vertit

12. Quid Iūlia ante Syram tenet? ...

speculum tenet ante Syram

13. Cūr Syra oculōs claudit et tacet? ...

... quia nāsum suum foedum videt

[CAP 7] EXERCITIUM III – EJERCICIO 3

Exercitium 3

1. Iūlia in cubiculō suō est; ante eam est speculum.

2. Iūlia speculum ante sē tenet et sē in speculō videt.

3. Iūlia sē interrogat: "Estne foedus nāsus meus?"

4. Syra intrat; Iūlia eam post sē in speculō videt.

5. Syra Iūliam ante sē videt; Iūlia ante eam est.

6. Iūlia sē vertit, et Syra eam interrogat: "Quid est, Iūlia?"

7. Iūlius intrat neque ōstium post sē claudit.

8. Iūlius intrat et ōstiārius ōstium post eum claudit.

9. Dominus servum ad sē vocat et eum interrogat.

sē

eum
eam

[CAP 7] EXERCITIUM IV – EJERCICIO 4

Exercitium 4

1. Iūlia in cubiculō suō est.

2. Syra in cubiculum Iūliae intrat.

3. Syra: "Venī in hortum, Iūlia! In hortō sunt rosae."

4. In vīllā Aemilia virum suum exspectat.

5. Iūlius in vīllam intrat; iam Iūlius in ātriō est.

6. Aemilia in ātrium intrat.

Lēctiō II

in vīll<u>ā</u>	in vīll<u>am</u>
in hort<u>ō</u>	in hort<u>um</u>
in ātri<u>ō</u>	in ātri<u>um</u>

[CAP 7] EXERCITIUM V – EJERCICIO 5

Exercitium 5

1. Unde venit Iūlius? ...

Iūlius Tūsculō venit

2. Ubi servī lectīcam pōnunt? ...

lectīcam pōnunt ante ōstium

3. Quī Iūlium salūtant ante ōstium? ...

fīliī eum salūtant

4. Quō Iūlius et puerī intrant? ...

Iūlius et puerī in ātrium intrant

5. Quis ōstium post eōs claudit? ...

ōstiārius ōstium claudit

6. Ubi Lēander saccum pōnit? ...

saccum ante Iūlium ponit

7. Estne vacuus saccus Lēandrī? ...

saccus nōn vacuus, sed plēnus est

8. Quid Iūlius ē saccō sūmit? ...

Iūlius mālum ē saccō sūmit

9. Quid Iūlius Mārcō et Quīntō dat? ...

Iūlius Mārcō et Quīntō māla dat

10. Quid inest in saccō Syrī? ...

in saccō eius pira īnsunt

11. Fīliīsne tantum Iūlius māla et pira dat? ...

etiam servīs māla et pira dat

12. Adestne Iūlia? ...

Iūlia abest; in cubiculō suō est

[CAP 7] EXERCITIUM VI – EJERCICIO 6

Exercitium 6

1. Iūlius nōn sōlum [= tantum] Mārcō, sed etiam Quīntō mālum dat.
2. Iūlius et Mārcō et Quīntō mālum dat.
3. Pater fīliīs nōn sōlum māla, sed etiam pira dat.
4. Iam puerī et māla et pira habent, sed servī neque māla neque pira habent.
5. Neque Syrus neque Lēander mālum habet.
6. Iūlius nōn sōlum Syrō, sed etiam Lēandrō mālum dat.
7. Iam et servī et fīliī māla habent.
8. Nōn sōlum Iūlia, sed etiam Syra abest.
9. Et Iūlia et Syra absunt: neque Iūlia neque Syra adest.
10. Iūlia neque in ātriō neque in hortō est.

nōn sōlum... sed etiam...
et... et...
neque... neque...

[CAP 7] EXERCITIUM VII – EJERCICIO 7

Exercitium 7

1. Iūlius: "Ecce mālum tuum, Mārce." Iūlius Mārcō mālum dat: pater fīliō mālum dat.
2. Iūlius Mārcō et Quīntō māla dat: pater fīliīs māla dat.
3. Dominus servum vocat et eī mālum dat.
4. Iūlius Syrō servō suō mālum dat.
5. Dominus servōs vocat et iīs māla dat.
6. Dominus Syrō et Lēandrō servīs suīs māla dat.

Lēctiō III

-ō -īs
-ae

eī iīs (eīs)

cui

-us	-ō	-um	dat
-a	-ae	-am	
-ī	-īs	-ōs	dant
-ae	eī	-ās	
	iīs	-a	

7. Iūlius Aemiliam salūtat et eī ōsculum dat.

8. Aemilia Iūliō virō suō ōsculum dat.

9. Iūlius nōn sōlum Aemiliae ōsculum dat, sed etiam Iūliae fīliae suae ōsculum et mālum dat.

10. Iūlia mālō suō ōsculum dat!

11. Domina ancillam vocat et eī mālum dat.

12. Aemilia Dēliae ancillae suae mālum dat.

13. Domina ancillās vocat et iīs māla dat.

14. Aemilia Dēliae et Syrae ancillīs suīs māla dat.

15. Iūlius: "Ecce nummus tuus, Dāve." Dominus servō nummum dat.

16. Cui Iūlius nummum dat? Servus cui Iūlius nummum dat est Dāvus.

17. Cui Iūlius ōsculum dat? Fēmina cui Iūlius ōsculum dat est Aemilia.

[CAP 7] EXERCITIUM VIII – EJERCICIO 8

Exercitium 8

1. Saccus quī hīc est = hic saccus.

2. Rosa quae hīc est = haec rosa.

3. Mālum quod hīc est = hoc mālum.

4. Puella quae hīc est = haec puella.

5. Speculum quod hīc est = hoc speculum.

6. Equus quī hīc est = hic equus.

hic	quī
haec	quae
hoc	quod

[CAP 7] EXERCITIUM IX – EJERCICIO 9

Exercitium 9

1. Iūlius ad vīllam advenit et fīliōs salūtat: "Salvēte, fīliī!"

2. Ōstium aperītur ab ōstiāriō.

3. In saccīs quōs servī portant māla et pira sunt.

4. Saccī nōn vacuī, sed plēnī sunt.

5, Quid inest in saccīs? In saccō Lēandrī māla īnsunt.

6. Iūlius Mārcō mālum dat: "Ecce mālum tuum, Mārce."

7. Aemilia ad Iūlium adit et eī ōsculum dat.

adit
advenit
currit
dat
ē
exit exeunt
illīc
inest īnsunt
mālum
nōnne
ōsculum
ōstiārius
pirum
plēnus
salvēre

8. Dēlia: "Venī in ātrium, Iūlia! Illīc pater tuus tē exspectat."

9. Iūlia ē [= ex] cubiculō exit; ancillae quoque exeunt.

10. Iūlia in ātrium currit, nōn ambulat.

11. Iūlia: "Ecce rosa. Nōnne pulchra est haec rosa?"

[CAP 7] EXERCITIUM X – EJERCICIO 10

Exercitium 10

1. Cui Iūlius ōsculum dat? ...

Iūlius Aemiliae ōsculum dat

2. Unde venit Aemilia? ...

Aemilia ē peristȳlō venit

3. Cūr Iūlia nōn adest? ...

Iūlia in cubiculō suō est

4. Quō puerī currunt? ...

puerī in hortum currunt

5. Estne Iūlia in hortō? ...

Iūlia illīc nōn est

6. Quō it Dēlia? ...

Dēlia ad cubiculum Iūliae it

7. Estne sōla Iūlia in cubiculō suō? ...

sōla nōn est, Syra cum eā est

8. Quō Iūlia currit? ...

Iūlia in ātrium currit

9. Quī sunt in ātriō? ...

illīc sunt pater, māter, fīliī, servī et ancillae

10. Cui Iūlia ōsculum dat? ...

Iūlia Iūliō ōsculum dat

11. Quid Iūlius fīliae suae dat? ...

Iūlius fīliae suae mālum dat

[CAP 7] EXERCITIUM XI – EJERCICIO 11

Exercitium 11

Exempla:

Dominus servō mālum dat:dominus eī mālum dat.

Dominus ancillae mālum dat: dominus eī mālum dat.

Fluvius oppidō aquam dat.

Dominus servīs et ancillīs māla dat: dominus iīs māla dat.

Fluviī oppidīs aquam dant.

1. 'Serv|ō', 'ancill|ae', 'oppid|ō', 'e|ī' nōn nōminātīvus, sed datīvus

est. Etiam 'serv|īs', 'ancill|īs', 'oppid|īs', 'i|īs' datīvus est.

2. 'Serv|ō', 'ancill|ae', 'oppid|ō', 'e|ī' est datīvus singulāris.

Lēctiō grammatica

datīvus (dat.)

		sing.	plūr
m.	nōm.	*-us*	*-ī*
	dat.	*-ō*	*-īs*
f.	nōm.	*-a*	*-ae*
	dat.	*-ae*	*-īs*
n.	nōm.	*-um*	*-a*
	dat.	*-ō*	*-īs*

prōnōmen

nōm.	m.	*is*	*iī (eī)*
	f.	*ea*	*eae*
dat.	m./f.	*eī*	*iīs (eīs)*

3. 'Serv|īs', 'ancill|īs', 'oppid|īs', 'i|īs' nōn datīvus singulāris, sed

datīvus plūrālis est.

4. Singulāris: nōminātīvus: servus, datīvus: servō.

5. Plūrālis: nōminātīvus: servī, datīvus: servīs.

6. Singulāris: nōminātīvus: ancilla, datīvus: ancillae.

7. Plūrālis: nōminātīvus ancillae, datīvus ancillīs.

8. Singulāris: nōminātīvus: oppidum, datīvus: oppidō.

9. Plūrālis: nōminātīvus: oppida, datīvus: oppidīs.

10. Singulāris: nōminātīvus: 'is' 'ea', datīvus: eī.

11. Plūrālis: nōminātīvus: 'iī' 'eae', datīvus: iīs.

CAPITULUM VIII

[CAP 8] EXERCITIUM I – EJERCICIO 1

Exercitium 1

1. In tabernā Albīnī sunt multae gemmae et margarītae et alia ōrnāmenta.

2. Albīnus est tabernārius quī ōrnāmenta vēndit.

3. Aliī tabernāriī māla et pira vēndunt.

4. Quī tabernam habet tabernārius est.

5. Multae fēminae ante tabernam Albīnī cōnsistunt.

6. Eae quae pecūniam habent ōrnāmenta emunt.

7. Quae pecūniam nōn habent ōrnāmenta aspiciunt et rūrsus abeunt.

8. Aemilia multa ōrnāmenta ā virō suō accipit.

9. Aemilia ānulum in digitō et margarītās in collō habet.

10. Margarītae collum Aemiliae ōrnant.

11. Digitus Aemiliae ānulō ōrnātur.

12. Quī magnam pecūniam habet pecūniōsus est.

Lēctiō I

abit abeunt
accipit
alius
ānulus
aspicit
collum
cōnsistit
digitus
emit
gemma
margarīta
ōrnāmentum
ōrnat
pecūniōsus
quī
quae
taberna
tabernārius
vēndit

[CAP 8] EXERCITIUM II – EJERCICIO 2

Exercitium 2

1. Quis est Albīnus? ...

Albīnus tabernārius est

2. Quid vēndit Albīnus? ...

ōrnāmenta vēndit

3. Aliī tabernāriī quid vēndunt? ...

aliī tabernāriī librōs, rosās, māla, cētera vēndunt

4. Cūr fēminae ōrnāmenta emunt? ...

... quia ōrnāmentīs dēlectantur

5. Num ōrnāmentum est līnea sine margarītīs? ...

ōrnāmentum nōn est!

6. Cūr Aemilia multa ōrnāmenta habet? ...

... quia Iūlius eī multa ōrnāmenta dat

7. Ubi sunt margarītae Aemiliae? ...

in collō eius sunt

8. Quid digitum Aemiliae ōrnat? ...

ānulus digitum eius ōrnat

9. Estne Mēdus cum dominō suō? ...

Mēdus nōn est cum dominō

10. Quod ōrnāmentum habet Lȳdia? ...

līneam margarītārum habet

11. Cūr Lȳdia nūlla alia ōrnāmenta habet? ...

... quia pecūniōsa nōn est

[CAP 8] EXERCITIUM III – EJERCICIO 3

Exercitium 3

Exemplum:

Iūlia Iūliō rosam dat = Iūlius rosam accipit ā Iūliā.

1. Iūlius Dāvō nummum dat = Dāvus nummum accipit ā Iūliō

2. Aemilia ānulum accipit ā Iūliō = Iūlius Aemiliae ānulum dat

3. Virī fēminīs ōrnāmenta dant = fēminae ōrnāmenta accipiunt ā virīs

4. Servus mālum accipit ā dominō = dominus servō mālum dat

5. Mēdus Lȳdiae rosam dat = Lȳdia rosam accipit ā Mēdō

6. Servī nummōs accipiunt ā dominō = dominus servīs nummōs dat

dat	dant
accipit	accipiunt

[CAP 8] EXERCITIUM IV – EJERCICIO 4

Exercitium 4

1. Iūlius ad vīllam advenit; quattuor servī cum eō adveniunt.

2. Aemilia ē peristȳlō exit et in ātrium intrat.

3. Aemilia ad virum suum adit.

4. Iūlia ab Aemiliā abit; etiam puerī abeunt.

5. Servī in ātrium intrant et rūrsus exeunt.

ad-venit	ad-veniunt
ad-it	ad-eunt
ab-it	ab-eunt
ex-it	ex-eunt
ad-est	ad-sunt
ab-est	ab-sunt
in-est	īn-sunt

6. Multae fēminae ad tabernam adeunt et rūrsus abeunt.

7. Quid inest in sacculō? In sacculō nummī īnsunt.

8. Quot servī sunt in ātriō? Duo servī adsunt, cēterī absunt.

9. Mēdus nōn adest, Mēdus abest.

[CAP 8] EXERCITIUM V – EJERCICIO 5

Exercitium 5

1. Iūlia: "Num nāsus meus foedus est?"

2. Syra: "Quid? Nōnne fōrmōsus est nāsus meus?"

3. Iūlius: "Ubi est Iūlia? Nōnne mē exspectat?"

4. Iūlia: "Nōnne haec rosa pulchra est?"

5. Aemilia: "Num hīc centum nummī sunt?"

6. Albīnus: "Nōnne pulchrī sunt hī ānulī?"

7. Mēdus: "Num ānulus sine gemmā vīgintī sēstertiīs cōnstat?"

8. Num Hispānia īnsula est?

9. Nōnne magnum est imperium Rōmānum?

Lēctiō II

num...?

nōn-ne...?

[CAP 8] EXERCITIUM VI – EJERCICIO 6

Exercitium 6

1. Albīnus clāmat : "Ōr-nā-men-ta!"

2. Lȳdia: "Aspice illam tabernam, Mēde!"

3. Lȳdia tabernam Albīnī digitō mōnstrat.

4. Lȳdia: "Ō, quam pulchra sunt illa ōrnāmenta!"

5. Albīnus Lȳdiae et Mēdō ānulōs ostendit: "Aspicite hōs ānulōs!"

6. Mēdus: "Quot nummīs cōnstat ānulus gemmātus [< gemma]?"

7. Albīnus: "Pretium huius ānulī est centum sēstertiī [= nummī]".

8. Haec gemma sōla octōgintā [LXXX] sēstertiīs cōnstat."

9. Mēdus: "Tanta [= tam magna] gemma ad tam parvum ānulum nōn convenit."

clāmat
cōnstat
convenit
gemmātus
ille
mōnstrat
octōgintā
ostendit
pretium
quam
sēstertius
tantus

[CAP 8] EXERCITIUM VII – EJERCICIO 7

Exercitium 7

1. Cūr Lȳdia cōnsistit? ...

... quia tabernam Albīnī videt

2. Quid aspicit Lȳdia? ...

ōrnāmenta aspicit

3. Quō eunt Mēdus et Lȳdia? ...

ad tabernam adeunt

4. Quae ōrnāmenta Albīnus iīs ostendit? ...

Albīnus iīs margarītās ostendit

5. Cūr Mēdus ōrnāmenta nōn emit? ...

... quia pecūniōsus nōn est

6. Quid est ānulus gemmātus? ...

est ānulus cum gemmā

7. Quot sēstertiīs cōnstat ānulus gemmātus? ...

centum sēstertiīs cōnstat

8. Quot sēstertiīs cōnstat gemma sōla? ...

octōgintā sēstertiīs cōnstat

9. Quid Mēdus videt post Albīnum? ...

alium ānulum gemmātum videt

10. Quid Lȳdia ante oculōs tenet? ...

Lȳdia ānulum ante oculōs tenet

[CAP 8] EXERCITIUM VIII – EJERCICIO 8

Exercitium 8

1. Lȳdia: "Aspice illam tabernam, Mēde!" Mēdus tabernam aspicit.
2. Mēdus et Lȳdia ōrnāmenta aspiciunt.
3. Albīnus iīs ānulum ostendit: "Aspicite hunc ānulum!"
4. Iūlia Iūliō rosam ostendit: "Aspice hanc rosam, pater!" Iūlius rosam aspicit.
5. Iūlia: "Accipe rosam, pater!" Pater rosam accipit ā fīliā suā.
6. Iūlius: "Accipite māla, servī!" Servī māla accipiunt ā dominō.

Lēctiō III

-e	-ite
-it	-iunt
accipe	accipite
accipit	accipiunt
aspice	aspicite
aspicit	aspiciunt

[CAP 8] EXERCITIUM IX – EJERCICIO 9

Exercitium 9

1. Quanta pecūnia est in sacculō Mēdī? Nōnāgintā [XC] sēstertiī.
2. Albīnus: "Id nōn satis est. Pretium ānulī est sēstertiī centum."
3. Mēdus: "Id est nimis magnum pretium. Accipe nōnāgintā sēstertiōs aut nūllōs!"
4. Ānulus nōn in digitō mediō, sed in digitō quārtō pōnitur.
5. Digitus quārtus nōn tantus [= tam magnus] est quantus digitus medius.
6. Decem et decem sunt vīgintī [XX].

aut
medius
nimis
nōnāgintā
quantus
quārtus
satis
tantus quantus
vīgintī

[CAP 8] EXERCITIUM X – EJERCICIO 10

Exercitium 10

1. Mēdus: "Quot nummīs cōnstat ānulus gemmātus?"
2. Albīnus: "Hic ānulus centum sēstertiīs cōnstat."
3. Mēdus: "Aliī ānulum gemmātum octōgintā sēstertiīs vēndunt."
4. Quantō pretiō Mēdus ānulum emit?
5. Mēdus ānulum emit sēstertiīs nōnāgintā.
6. Albīnus Mēdō ānulum vēndit sēstertiīs nōnāgintā.
7. Nōn magnō pretiō Mēdus ānulum emit.

-ō -īs
(ablātīvus pretiī)

Exercitium 11

1. Quid Lȳdia Mēdō ostendit? ...

Mēdō digitōs suōs vacuōs ostendit

2. Cūr lacrimat Lȳdia? ...

... quia nūllum ānulum habet

3. Quid Mēdus in mēnsā pōnit? ...

sacculum suum in mēnsā pōnit

4. Estne vacuus sacculus Mēdī? ...

vacuus nōn est sacculus eius

5. Quantō pretiō Mēdus ānulum emit? ...

ānulum emit nōnāgintā sēstertiīs

6. Cūr Mēdus Albīnō centum sēstertiōs nōn dat? ...

... quia pretium nimis magnum est

7. Cui Mēdus ānulum novum dat? ...

Mēdus Lȳdiae ānulum novum dat

8. In quō digitō Mēdus ānulum pōnit? ...

ānulum pōnit in digitō mediō

9. Cūr ānulus ad digitum medium nōn convenit? ...

digitus medius nimis magnus est

10. Ad quem digitum ānulus convenit? ...

ad digitum quārtum convenit

11. Cūr laeta est Lȳdia? ...

... quia ānulum fōrmōsum habet

12. Mēdusne Lȳdiae viam mōnstrat? ...

nōn Mēdus Lȳdiae, sed Lȳdia Mēdō viam mōnstrat

[CAP 8] EXERCITIUM XII – EJERCICIO 12

Exercitium 12

1. Quis Rōmam it? Servus Rōmam it. Quī servus? Servus quī Rōmam it est Mēdus, servus improbus. Is servus Rōmam it.

2. Cuius servus est Mēdus? Mēdus est servus Iūliī. Dominus cuius servus Rōmam it est Iūlius. Iūlius est dominus eius servī.

3. Quem servum Iūlius vocat? Mēdus est servus quem Iūlius vocat. Eum servum vocat dominus.

4. Cui servō Iūlius nummum dat? Dāvus est servus cui Iūlius nummum dat. Eī servō dominus nummum dat.

5. Ā quō servō amātur Lȳdia? Servus ā quō Lȳdia amātur est Mēdus. Ab eō servō amātur Lȳdia.

6. Quī servī Iūlium vehunt? Servī quī Iūlium vehunt sunt Ursus et Dāvus. Iī servī Iūlium vehunt.

7. Quōrum servōrum Iūlius dominus est? Servī quōrum dominus est Iūlius sunt Mēdus, Dāvus, Syrus, cēterī. Iūlius est dominus eōrum servōrum.

8. Quōs servōs vocat Iūlius? Servī quōs Iūlius vocat sunt Dāvus et Syrus. Eōs servōs vocat dominus.

9. Quibus servīs Iūlius nummōs dat? Dāvus et Syrus sunt servī quibus Iūlius nummōs dat. Iīs servīs dominus nummōs dat.

10. Ā quibus servīs Iūlius vehitur? Ursus et Dāvus sunt servī ā quibus Iūlius vehitur. Ab iīs servīs dominus vehitur.

Lēctiō grammatica

prōnōmina

masculīnum:

	sing.	plūr.
nōm.	*quis/quī*	*quī*
acc.	*quem*	*quōs*
gen.	*cuius*	*quōrum*
dat.	*cui*	*quibus*
abl.	*quō*	*quibus*
nōm.	*is*	*iī*
acc.	*eum*	*eōs*
gen.	*eius*	*eōrum*
dat.	*eī*	*iīs*
abl.	*eō*	*iīs*

[CAP 8] EXERCITIUM XIII – EJERCICIO 13

Exercitium 13

1. Quae fēmina cum Mēdō ambulat? Fēmina quae cum Mēdō ambulat est Lȳdia. Ea fēmina ambulat cum Mēdō.

2. Cuius fēminae amīcus est Mēdus? Lȳdia est fēmina cuius amīcus est Mēdus. Mēdus eius fēminae amīcus est.

3. Quam fēminam amat Mēdus? Fēmina quam Mēdus amat est Lȳdia. Eam fēminam amat Mēdus.

4. Cui fēminae Mēdus ānulum dat? Fēmina cui Mēdus ānulum dat est Lȳdia. Eī

fēminīnum:

	sing.	plūr.
nōm.	*quae*	*quae*
acc.	*quam*	*quās*
gen.	*cuius*	*quārum*
dat.	*cui*	*quibus*
abl.	*quā*	*quibus*
nōm.	*ea*	*eae*
acc.	*eam*	*eās*
gen.	*eius*	*eārum*
dat.	*eī*	*iīs*
abl.	*eā*	*iīs*

5. Ā quā fēminā Mēdus amātur? Fēmina ā quā Mēdus amātur est Lȳdia. Ab eā fēminā amātur Mēdus.

6. Quae ancillae absunt? Ancillae quae absunt sunt Dēlia et Syra. Eae ancillae absunt.

7. Quārum ancillārum Aemilia domina est? Dēlia et Syra sunt ancillae quārum domina est Aemilia. Ea domina eārum ancillārum est.

8. Quās ancillās vocat Aemilia? Ancillae quās Aemilia vocat sunt Dēlia et Syra. Eās ancillās vocat domina.

9. Quibus ancillīs Aemilia māla dat? Ancillae quibus Aemilia māla dat sunt Dēlia et Syra. Iīs ancillīs domina māla dat.

10. Ā quibus ancillīs domina salūtātur? Ancillae ā quibus salūtātur domina sunt Dēlia et Syra. Ab iīs ancillīs domina salūtātur.

[CAP 8] EXERCITIUM XIV – EJERCICIO 14

Exercitium 14

1. Quid est Capua? Capua est oppidum. Quod oppidum prope vīllam Iūliī est? Tūsculum est oppidum quod prope vīllam est. Id oppidum est prope vīllam.

2. Quid emit Mēdus? Ōrnāmentum emit. Quod ōrnāmentum emit Mēdus? Ōrnāmentum quod Mēdus emit est ānulus gemmātus. Id ōrnāmentum emit Mēdus.

3. FAMILIA ROMANA est titulus capitulī. Cuius capitulī? Capitulum cuius titulus est F. R. est capitulum secundum. Titulus eius capitulī est F. R.

4. Cui capitulō titulus datur IMPERIVM ROMANVM? Capitulum cui hic titulus datur est capitulum prīmum. Eī capitulō datur hic titulus.

5. Lȳdia ōrnāmentō suō dēlectātur. Quō ōrnāmentō? Ōrnāmentum quō Lȳdia dēlectātur est ānulus. Eō ōrnāmentō dēlectātur Lȳdia.

neutrum:

	sing.	plūr.
nōm.	*quid/quod*	*quae*
acc.	*quid/quod*	*quae*
gen.	*cuius*	*quōrum*
dat.	*cui*	*quibus*
abl.	*quō*	*quibus*
nōm.	*id*	*ea*
acc.	*id*	*ea*
gen.	*eius*	*eōrum*
dat.	*eī*	*iīs*
abl.	*eō*	*iīs*

6. Quae vocābula neutra sunt? Neutra sunt vocābula quae '-um' habent. Ea vocābula neutra sunt.

7. Quae ōrnāmenta vēndit Albīnus? Ōrnāmenta quae Albīnus vēndit sunt ānulī et margarītae. Ea ōrnāmenta vēndit Albīnus.

8. Quōrum vocābulōrum plūrālis '-a' habet? Vocābula quōrum plūrālis '-a' habet neutra sunt. Plūrālis eōrum vocābulōrum '-a' habet.

9. Quibus oppidīs fluviī Padus et Tiberis aquam dant? Oppida quibus iī fluviī aquam dant sunt Placentia et Ōstia et cētera multa. Iīs oppidīs fluviī Padus et Tiberis aquam dant.

10. Quibus verbīs dēlectātur Iūlia? Verba quibus Iūlia dēlectātur sunt "Ecce puella pulchra!" Iīs verbīs dēlectātur puella.

[CAP 8] EXERCITIUM XV – EJERCICIO 15

Exercitium 15

1. Hic servus est Lēander, ille servus est Syrus.
2. Lēander hunc saccum portat, illum saccum portat Syrus.
3. Hic saccus portātur ab hōc servō, ille ab illō.
4. Saccus huius servī magnus est, illīus est parvus.
5. In hōc saccō māla sunt, in illō pira.
6. Iūlius huic servō mālum dat, illī dat pirum.
7. Haec fēmina est Lȳdia, illa fēmina est Dōrippa.
8. Mēdus hanc fēminam amat, nōn illam.
9. Ab hāc fēminā Mēdus amātur, nōn ab illā.
10. Mēdus amīcus huius fēminae est, nōn illīus.

m.	f.	n.
hic	*haec*	*hoc*
hunc	*hanc*	*hoc*
huius	*huius*	*huius*
huic	*huic*	*huic*
hōc	*hāc*	*hōc*
hī	*hae*	*haec*
hōs	*hās*	*haec*
hōrum	*hārum*	*hōrum*
hīs	*hīs*	*hīs*
ille	*illa*	*illud*
illum	*illam*	*illud*
illīus	*illīus*	*illīus*
illī	*illī*	*illī*
illō	*illā*	*illō*
illī	*illae*	*illa*
illōs	*illās*	*illa*
illōrum	*illārum*	*illōrum*
illīs	*illīs*	*illīs*

11. Mēdus huic fēminae ānulum dat, nōn illī.
12. Hoc cubiculum magnum est, illud est parvum.
13. Fenestra huius cubiculī nōn tam parva est quam illīus.
14. Iūlius et Aemilia in hōc cubiculō dormiunt, nōn in illō.
15. Lȳdia: "Aspice illa ōrnāmenta, Mēde, illōs ānulōs et illās gemmās! Nōnne pulchrī sunt illī ānulī et illae gemmae?"
16. Albīnus: "Aspicite haec ōrnāmenta, hōs ānulōs et hās gemmās! Nōnne pulchrī sunt hī ānulī et hae gemmae?"
17. Lȳdia: "Quantum est pretium hōrum ānulōrum et hārum gemmārum?"
18. Mēdus: "Nec in hīs ānulīs nec in illīs gemmae sunt."

[CAP 1] CAPITULUM I

PENSVM A

Nīlus fluvi*us* est. Nīlus et Rhēnus fluvi*ī* *sunt*. Crēta īnsul*a* *est*. Crēta et Rhodus īnsul*ae* sunt. Brundisium oppid*um* est. Brundisium et Tūsculum oppid*a* *sunt*.

Rhēnus fluvi*us* magn*us* est. Tiberis est fluvi*us* parv*us*. Rhēnus et Dānuvius nōn fluvi*ī* parv*ī*, sed fluvi*ī* magn*ī* sunt. Sardinia īnsul*a* magn*a* est. Melita īnsul*a* parv*a* est. Sardinia et Sicilia nōn īnsul*ae* parv*ae*, sed īnsul*ae* magn*ae* sunt. Brundisium nōn oppid*um* parv*um*, sed oppid*um* magn*um* est. Tūsculum et Delphī nōn oppid*a* magn*a*, sed oppid*a* parv*a* sunt.

Crēta īnsul*a* Graec*a* est. Lesbos et Chios et Naxus sunt īnsul*ae* Graec*ae*. In Graeciā mult*ae* īnsul*ae* sunt. In Galliā sunt mult*ī* fluvi*ī*. In Italiā mult*a* oppid*a* sunt. In Arabiā sunt pauc*ī* fluvi*ī* et pauc*a* oppid*a*.

A et B litter*ae* Latīn*ae* sunt. C quoque litter*a* Latīn*a* est. *Multī* et *paucī* vocābul*a* Latīn*a* sunt. *Ubi* quoque vocābul*um* Latīn*um* est. I et II numer*ī* Rōmān*ī* sunt. III quoque numer*us* Rōmān*us* est.

PENSVM B

Sicilia *īnsula* est. Italia īnsula *nōn* est. Rhēnus *fluvius* est. Brundisium *oppidum* est. Sicilia et Sardinia *īnsulae* magnae sunt. Melita īnsula *parva* est. Britannia nōn *īnsula* parva, sed *īnsula* *magna* est. Brundisium nōn *oppidum* *parvum*, sed *oppidum* magnum est. Est*ne* Brundisium in Graeciā? Brundisium *nōn* est in Graeciā, *sed* in Italiā. *Ubi* est Sparta? Sparta est in Graeciā. Sparta oppidum *Graecum* est. Delphī *quoque* oppidum Graecum est. Euboea, Naxus, Lesbos, Chios *īnsulae*

Graecae sunt. In Graeciā sunt *multae* īnsulae.

Quid est III? III *numerus* est. *Quid* est A? A littera est. A, B, C *litterae* Latīnae sunt. *Num* Γ littera Latīna est? Γ *nōn* littera *Latīna*, sed littera *Graeca* est. *Īnsula vocābulum* Latīnum est.

PENSVM C

1. Ubi est Rōma? *Rōma in Italiā est*
2. Estne Sparta in Italiā? *Sparta in Italiā nōn est.*
3. Ubi est Italia? *Italia est in Eurōpā.*
4. Ubi sunt Syria et Arabia? *Syria et Arabia in Asiā sunt.*
5. Estne Aegyptus in Asiā? *Aegyptus in Asiā nōn est.*
6. Ubi sunt Sparta et Delphī? *In Graeciā sunt.*
7. Ubi est Brundisium? *Brundisium est in Italiā.*
8. Quid est Brundisium? *Brundisium oppidum est.*
9. Num Crēta oppidum est? *Crēta oppidum nōn est.*
10. Estne Britannia īnsula parva? *Britannia nōn īnsula parva, sed īnsula magna est.*
11. Quid est Tiberis? *Tiberis fluvius est.*
12. Quid est D? *D littera Latīna est.*
13. Num Δ littera Latīna est? *Δ nōn est littera Latīna, sed littera Graeca.*
14. Estne II magnus numerus? *II nōn magnus numerus, sed parvus numerus est.*

[CAP 2] CAPITULUM II

PENSVM A

Mārcus fīli*us* Iūliī est. Iūlia fīli*a* Iūliī est. Iūlius est vir Rōmān*us*. Aemilia fēmin*a* Rōmān*a* est. Iūlius domin*us*, Aemilia domin*a* est. Mēdus serv*us* Graec*us* est, Dēlia est ancill*a* Graec*a*. Sparta oppid*um* Graec*um* est.

Iūlius pater Mārc*ī* est. Mārcus est fīlius Iūli*ī* et Aemili*ae*. Mēdus servus Iūli*ī* est: Iūlius est dominus serv*ī*. Iūlius dominus Mēd*ī* et Dāv*ī* est: Iūlius dominus serv*ōrum* est. Numerus serv*ōrum* magnus est. Dēlia est ancilla Aemili*ae*: Aemilia domina ancill*ae* est. Aemilia domina Dēli*ae* et Syr*ae* est: Aemilia domina ancill*ārum* est. In familiā Iūli*ī* est magnus numerus serv*ōrum* et ancill*ārum*. Aemilia māter Mārc*ī* et Quīnt*ī* et Iūli*ae* est. Mārcus, Quīntus Iūliaque sunt līberī Iūli*ī* et Aemili*ae*. Numerus līber*ōrum* est trēs. Numerus serv*ōrum* est centum.

In pāginā prīmā capitul*ī* secund*ī* multa vocābula nova sunt. Numerus capitul*ōrum* nōn parvus est.

PENSVM B

Mārcus *puer* Rōmānus est. Iūlius *vir* Rōmānus est. Aemilia est *fēmina* Rōmāna. Iūlius est *pater* Mārcī et Quīntī et Iūliae. In *familiā* Iūliī sunt trēs *līberī*: duo *fīliī* et ūna *fīlia*. *Māter* līberōrum est Aemilia.

Quis est Dāvus? Dāvus est *servus* Iūliī. Iūlius *dominus* Dāvī est. *Quae* est Syra? Syra *ancilla* Aemiliae est. Aemilia est *domina* Syrae.

Cornēlius: "*Quot* servī sunt in familiā tuā?" Iūlius: "In familiā *meā* sunt *centum* [C] servī." Cornēlius: "Familia *tua* magna est!"

'LINGVA LATINA' est titulus *librī* tuī Latīnī.

PENSVM C

1. Quis est Quīntus? *Quīntus est filius Iūliī.*
2. Quī sunt Mēdus et Dāvus? *Mēdus est Dāvus servī Iūliī sunt.*
3. Mārcusne quoque servus Iūliī est? *Mārcus nōn servus, sed fīlius Iūliī est.*
4. Cuius fīlia est Iūlia? *Iūlia est fīlia Iūliī.*
5. Quot līberī sunt in familiā Iūliī? *In familiā Iūliī trēs līberī sunt .*
6. Quot servī in familiā sunt? *Centum servī sunt in familiā.*
7. Num Syra domina est? *Syra domina nōn est, sed ancilla.*
8. Quae est domina ancillārum? *Domina ancillārum est Aemilia.*
9. Estne Cornēlius vir Graecus? *Cornēlius vir Graecus nōn est.*
10. Num *puella* vocābulum masculīnum est? Puella *vocābulum fēminīnum est, nōn masculīnum.*

[CAP 3] CAPITULUM III

PENSVM A

Cūr Mārc*us* Iūliam pulsat? Mārcus Iūli*am* pulsat, quia Iūli*a* cantat. Iūli*a* plōr*at*, quia Mārcus e*am* pulsat. Iūlia: "Mamma! Mārcus *mē* pulsat." Aemilia puell*am* aud*it* et ven*it*. Māter Quīnt*um* videt et e*um* interro*gat*: "Quis mē voc*at*?" Quīnt*us* respond*et*: "Iūlia *tē* vocat."

Iūlius dorm*it*. Quīntus Iūli*um* voc*at*: "Pater!" Mārcus rīd*et*, quia Iūli*us* nōn venit. Aemilia Mārc*um* verber*at*. Iūlius ven*it*, quia Mārc*us* plōrat. Iūlius Aemili*am* et Mārc*um* et Quīnt*um* et Iūli*am* videt. Iūlius: "Puer quī parv*am* puell*am* pulsat improbus est." Iūlius puer*um* improb*um* verberat. Quem Iūli*us* verberat? Puer qu*em* Iūlius verberat est Mārcus. Mārcus plōr*at*. Puer qu*ī* plōrat laet*us* nōn est. Puella qu*ae* cantat laet*a* est.

PENSVM B

Puella *cantat*: "Lalla." Puella *quae* cantat est Iūlia. Iūlia *laeta* est. Puer improbus puellam *pulsat*. Puella *plōrat*: "Uhuhū!" Puer *rīdet*: "Hahahae!" Puer *quī* rīdet est Mārcus. Iūlia Aemiliam *vocat*: "Mamma!" Aemilia *venit*, et Quīntum *interrogat*: "Cūr Iūlia plōrat?" Quīntus *respondet*: "Iūlia plōrat, *quia* Mārcus eam pulsat." Aemilia: "Mārcus puer *probus* nōn est, puer *improbus* est! Ubi est pater?" Aemilia Iūlium nōn *videt*. Quīntus: "Pater nōn *hīc* est." Quīntus Iūlium *vocat*: "Pater!" Iūlius Quīntum nōn *audit*. *Cūr* Iūlius Quīntum nōn audit? Iūlius eum nōn audit, quia *dormit*. Mārcus plōrat, *quia* Aemilia eum verberat. Iūlius Mārcum

audit; *iam* Iūlius nōn dormit. *Quem* Aemilia verberat? Aemilia Mārcum *verberat*. Puer *quem* Aemilia verberat improbus est. Iūlia laeta nōn est *neque* rīdet.

PENSVM C

1. Quis Iūliam pulsat? *Mārcus Iūliam pulsat.*
2. Cūr Iūlia plōrat? *Iūlia plōrat quia Mārcus eam pulsat.*
3. Quīntusne quoque Iūliam pulsat? *Quīntus nōn Iūliam pulsat*
4. Quem Quīntus pulsat? *Quintus Mārcum pulsat.*
5. Cūr Aemilia venit? *Aemilia venit quia Iūlia eam vocat.*
6. Quis Iūlium vocat? *Quintus Iūlium vocat.*
7. Cūr Iūlius Quīntum nōn audit? *Iūlius eum nōn audit, quia dormit.*
8. Quem audit Iūlius? *Iūlius Mārcum audit.*
9. Cūr Mārcus plōrat? *Mārcus plōrat, quia Aemilia eum verberat.*
10. Rīdetne Iūlia? *Nōn rīdet.*
11. Num *Mārcus* accūsātīvus est? Mārcus *nōn accusātivus, sed nōminātivus est.*
12. Num *Iūliam* nōminātīvus est? Iūliam *nōn nōminātivus, sed accūsātivus est.*
13. Quid est *dormit?* Dormit *est verbum.*

[CAP 4] CAPITULUM IV

PENSVM A

Mēdus ad*est*. Dāvus ab*est*. Iūlius imper*at*: "Voc*ā* Dāvum, Mēd*e*!" Mēdus Dāvum voc*at*: "Dāv*e*! Ven*ī*!" Dāvus ven*it* neque Iūlium vid*et*. Mēdus: "Salūt*ā* dominum!" Dāvus dominum salūt*at*: "Salvē, domin*e*! Quid est?" Dominus: "Tac*ē*, serv*e*! Nummī meī ubi sunt?" Servus tac*et* neque respond*et*. Iūlius: "Respond*ē*!" Dāvus: "Interrog*ā* Mēdum!" Iūlius Mēdum interrog*at*: "Ubi est pecūnia mea, Mēd*e*?" Mēdus: "Dāvus pecūniam tuam hab*et*." Iūlius: "Pōn*e* sacculum tuum in mēnsā, Dāv*e*!" Dāvus pār*et*: sacculum suum in mēnsā pōn*it*. Dāvus: "Vid*ē*, domin*e*: sacculus meus vacuus est." Iūlius: "Sūm*e* sacculum tuum et discēd*e*, bon*e* serv*e*!" Dāvus sacculum suum sūm*it* et discēd*it*.

PENSVM B

In sacculō Iūliī *pecūnia* est. Iūlius pecūniam suam *numerat*: "Ūnus, duo, trēs, *quattuor*, *quīnque*, sex, *septem*, *octō*, *novem*, *decem*." In *sacculō* nōn centum, sed *tantum* decem nummī sunt.

Dāvus dominum *salūtat*: "Salvē, domine!" Iūlius *imperat*: "Pōne sacculum tuum in *mēnsā*!" Dāvus sacculum *suum* in mēnsā *pōnit*. Sacculus Dāvī *vacuus* est, in sacculō *eius* [: Dāvī] *nūlla* pecūnia est. Dāvus sacculum suum *sūmit* et discēdit.

Iūlius: "Mēde! Venī!" Mēdus nōn venit, quia *is* [: Mēdus] pecūniam Iūliī *habet*. Iūlius baculum, *quod* in mēnsā est, sūmit et *discēdit*.

Dominus imperat, bonus servus *pāret*.

PENSVM C

1. Quot nummī sunt in sacculō Iūliī? *In sacculō eius sunt decem nummī.*
2. Adestne Dāvus in scaenā prīmā? *In scaenā prīmā Dāvus nōn adest, sed abest.*
3. Quis Dāvum vocat? *Mēdus Dāvum vocat.*
4. Suntne nummī Iūliī in sacculō Dāvī? *Nummī Iūliī nōn sunt in sacculō Dāvī.*
5. Quid Iūlius pōnit in sacculō Dāvī? *Iūlius ūnum nummum in sacculō Dāvī pōnit.*
6. Quot nummī iam in sacculō Iūliī sunt? *Iam novem nummī sunt in sacculō Iūliī.*
7. Estne vacuus sacculus Mēdī? *Nōn est, in sacculō Mēdī sunt nummī Iūliī.*
8. Cūr Mēdus discēdit? *Mēdus discēdit, quia is pecūniam Iūliī in sacculō suō habet.*
9. Quem Iūlius vocat? *Iūlius Mēdum vocat.*
10. Cūr Mēdus Iūlium nōn audit? *Mēdus eum nōn audit, quia abest.*

[CAP 5] CAPITULUM V

PENSVM A

Iūlius et Aemilia in vīll*ā* habit*ant* cum līber*īs* et serv*īs*. Dominus mult*ōs* serv*ōs* et mult*ās* ancill*ās* habet.

Aemilia in peristȳl*ō* est cum Mārc*ō* et Quīnt*ō* et Iūli*ā*. Iūlia mult*ās* ros*ās* in hort*ō* vid*et* et ab Aemili*ā* discēd*it*. Iam Aemilia puell*am* nōn vid*et*, neque puerī eam vid*ent*. Aemilia: "Mārce et Quīnte! Voc*āte* Iūliam!" Puerī Iūli*am* voc*ant*: "Iūlia! Ven*ī*!" et Iūlia puer*ōs* voc*at*: "Mārce et Quīnte! Ven*īte*!" Iūlia puerōs nōn aud*it*, sed puerī Iūli*am* aud*iunt*. Iūlia: "Cūr puerī nōn ven*iunt*?" Iūlia ex hort*ō* venit cum V ros*īs* pulchr*īs*. Iūlia: "Vid*ē* ros*ās* meās, māter! Vid*ēte*, puerī!" Mārcus: "Rosae pulchrae sunt, puella sine ros*īs* pulchra nōn est!" Iūlia cum ūn*ā* ros*ā* discēd*it*. Puerī rīd*ent*. Aemilia: "Tac*ēte*, puerī! Sūm*ite* ros*ās* et discēd*ite*!" Puerī ros*ās* sūm*unt* et discēd*unt*; in ātri*ō* aqu*am* sūm*unt* ex impluvi*ō* et ros*ās* in aqu*ā* pōn*unt*.

PENSVM B

Iūlius in magnā *vīllā* *habitat*. Aemilia cum *eō* [: Iūliō] habitat. Iūlius Aemiliam *amat*, quia *ea* [: Aemilia] bona et *pulchra* fēmina est.

Aemilia in peristȳlō est *cum* līberīs suīs, sed *sine* virō suō. Iūlia *ab* Aemiliā discēdit; iam puella in *hortō* est. Iūlia rosās *carpit* et *ex* hortō venit cum V *rosīs*. Puella laeta est: rosae eam *dēlectant*.

Ubi est impluvium? *Id* [: impluvium] est in *ātriō*. In impluviō *aqua* est. In ātriō nūllae *fenestrae* sunt.

PENSVM C

1. Num Iūlius sōlus in vīllā habitat? *Iūlius nōn sōlus, sed cum familiā suā in vīllā habitat.*
2. Quot fīliōs et quot fīliās habent Iūlius et Aemilia? *Iūlius et Aemilia duōs fīliōs et ūnam fīliam habent.*
3. Ubi est impluvium? *Impluvium est in ātriō.*
4. Ubi dormiunt servī? *Multī servī in ūnō cubiculō dormiunt.*
5. Adestne Iūlius in peristȳlō cum Aemiliā? *Iūlius abest.*
6. Ubi est Iūlius? *Iūlius in oppidō Tūsculō est.*
7. Estne Aemilia sōla in peristȳlō? *Sōla nōn est, līberī cum eā sunt.*
8. Quid agit Iūlia in hortō? *Iūlia rosās carpit et puerōs vocat.*
9. Cūr puerī Iūliam rīdent? *Puerī Iūliam rīdent, quia improbī sunt.* / *Quia Iūlia puella pulchra nōn est.*

PENSVM A

Iūlius ab oppid*ō* Tūsculō ad vīll*am* su*am* it. Vīlla ejus prope Tūscul*um* est. Iūlius in lectīcā est inter Urs*um* et Dāv*um*. Dominus ā servīs port*ātur*. Ursus et Dāvus nōn saccōs port*ant*, sacc*ī* ā Syrō et Lēandrō port*antur*. Saccus quem Lēander port*at* nōn tam parvus est quam saccus quī ā Syrō port*ātur*.

Mēdus nōn est apud domin*um*, nam servus malus dominum tim*uet*. Dominus ā serv*ō* mal*ō* tim*ētur*. Dominus serv*um* mal*um* voc*at* neque ab eō aud*ītur*. Serv*us* mal*us* ā domin*ō* voc*ātur* neque eum aud*it*.

Quō it Mēdus? Rōm*am* it. Unde venit? Mēdus Tūscul*ō* venit. Ante Mēd*um* est Rōma, Tūsculum post e*um* est. Cornēlius nōn Tūsculō Rōmam, sed Rōm*ā* Tūscul*um* it, nam is Tūscul*ī* habitat. Cornēlius nōn ambulat, sed equ*ō* veh*itur*.

Lȳdia, amīca Mēdī, Rōm*ae* habitat. Iam Mēdus Rōm*ae* apud Lȳdi*am* est. Mēdus amīc*am* su*am* salūt*at* et ab amīc*ā* su*ā* salūt*ātur*, nam Lȳdia Mēd*um* am*at* et ab e*ō* am*ātur*.

PENSVM B

Ōstia nōn *procul* ā Rōmā, sed *prope* Rōmam est. *Unde* venit Iūlius? Tūsculō venit et *ad* vīllam it. Duo servī eum *portant*. Syrus et Lēander, quī *post* lectīcam ambulant, duōs *saccōs* portant. Saccus Syrī nōn *tam* magnus est *quam* saccus quī *ā* Lēandrō portātur, *itaque* Syrus nōn tam *fessus* est quam Lēander.

Mēdus *apud* dominum nōn est, nam Mēdus dominum

īrātum *timet*. Mēdus servus *malus* [= improbus] est; *itaque* Mēdus et Iūlius nōn *amīcī*, sed inimīcī sunt. Via Latīna, quae est *inter* Rōmam et Capuam, nōn tam *longa* est quam *via* Appia. *Quō* ambulat Mēdus? Is Rōmam ambulat, *nam* amīca eius Rōmae habitat. Cornēlius *autem* [= sed C.] Rōmā Tūsculum *it*. Tūsculum est ante eum, *post* eum est Rōma. Cornēlius equō *vehitur*, is nōn *ambulat*. Iūlius et Cornēlius ad vīllās suās *eunt*.

PENSVM C

1. Ambulatne Iūlius? *Nōn ambulat, lectīcā vehitur*.
2. Quī Iūlium portant? *Dāvus et Ursus Iūlium portant*.
3. Quid portant Syrus et Lēander? *Syrus et Lēander saccōs portant*.
4. Unde venit Iūlius et quō it? *Iūlius Tūsculō venit et ad villam suam it*.
5. Quō it Mēdus? *Mēdus Rōmam it.*
6. Etiamne Cornēlius Tūsculō Rōmam it? *Cornēlius nōn Tūsculō Rōmam, sed Rōmā Tūsculum it*.
7. Ubi habitat Cornēlius? *Cornēlius Tūsculī habitat*.
8. Cūr Mēdus laetus est? *Mēdus laetus est, quia Rōmae amīcam habet*.
9. Quae est Lȳdia? *Lȳdia est amīca Mēdī*.
10. Quid habet Mēdus in sacculō suō? *In sacculō suō Mēdus nummōs dominī habet*.
11. Suntne amīcī Iūlius et Mēdus? *Iūlius et Mēdus nōn amīcī, sed inimīcī sunt*.
12. Num *portat* verbum passīvum est? Portat *nōn est verbum passīvum, sed āctivum*.

[CAP 7] CAPITULUM VII

PENSVM A

Iūlius Mārcō, fīliō suō, mālum dat. Iūlius Mārcō et Quīntō, fīliīs suīs, māla dat. Iūlius etiam servīs suīs, Syrō et Lēandrō, māla dat.

Cui Aemilia ōsculum dat? Aemilia virō suō Iūliō ōsculum dat. Iūlius Aemiliae ōsculum dat. Iūlius Iūliae, fīliae suae, mālum dat, neque sōlum Iūliae, sed etiam Syrae et Dēliae, ancillīs suīs. Iūlia mālō suō ōsculum dat!

PENSVM B

Iūlius ad vīllam *advenit*. Ōstiārius ōstium *aperit* et post eum *claudit*.

Saccī nōn vacuī, sed *plēnī* sunt. Iūlius: "Vidēte, puerī: *Hic* saccus plēnus *mālōrum* est. Ecce mālum tuum, Mārce." Iūlius Mārcō mālum *dat*. Iūlius fīliīs nōn *sōlum* māla, sed etiam pira dat. Iam puerī *et* māla *et* pira habent, sed servī *neque* māla *neque* pira habent. Dominus servōs ad *sē* vocat et *iīs* quoque māla et *pira* dat.

Aemilia ad Iūlium *adit* et eī *ōsculum* dat. Iūlia abest. Puerī nōn ambulant, sed *currunt* in hortum. *Illīc* [: in hortō] Iūlia nōn est, ea in cubiculō suō est. Iūlia nōn rīdet, sed *lacrimat:* in *oculīs* eius sunt *lacrimae*. Dēlia: "In ātriō pater tuus tē *exspectat*, Iūlia." Iūlia *ē* [= ex] cubiculō *exit*, ad Iūlium currit et *eī* [: Iūliō] ōsculum dat. Iūlia rosam ante Iūlium *tenet*. Iūlia: "Nōnne *haec* rosa *fōrmōsa* [= pulchra] est?"

PENSVM C

1. Quem puerī exspectant? *Puerī Iūlium esxpectant.*
2. Venitne Iūlius Rōmā? *Iūlius nōn Rōmā, sed Tūsculō venit.*
3. Quis ōstium aperit et claudit? *Ōstiārius ōstium aperit et claudit.*
4. Quid inest in saccīs? *In saccīs māla et pira īnsunt.*
5. Cui Iūlius mālum prīmum dat? *Iūlius Mārcō mālum prīmum dat.*
6. Cui Aemilia ōsculum dat? *Aemilia virō suō ōsculum dat.*
7. Estne Iūlia in hortō? *Iūlia nōn in hortō, sed in cubiculō suō est.*
8. Quō it Dēlia? *Dēlia in cubiculum Iūliae it.*
9. Estne Iūlia sōla in cubiculō suō? *Iūlia nōn sōla est illīc, Syra apud eam est.*
10. Rīdetne Iūlia? *Iūlia nōn rīdet, sed lacrimat.*
11. Quō Iūlia currit? *Iūlia in ātrium currit.*
12. Quid Iūlius dat fīliae suae? *Iūlius fīliae suae mālum et pirum dat.*

[CAP 8] CAPITULUM VIII

PENSVM A

Qu*is* est Albīnus? Est tabernārius qu*ī* ōrnāmenta vēndit. Qu*ae* ōrnāmenta? Ōrnāmenta qu*ae* Albīnus vēndit sunt gemmae et margarītae. Qu*id* emit Mēdus? Ōrnāmentum emit. Qu*od* ōrnāmentum? Ōrnāmentum qu*od* Mēdus emit est ānulus *cuius* pretium est HS C. Digitus in qu*ō* ānulus pōnitur est digitus quārtus.

H*ic* servus Mēdus, ill*e* Dāvus est. Lȳdia h*unc* servum amat, nōn ill*um*. Lȳdia amīca h*uius* servī est, nōn ill*īus*. Lȳdia h*uic* servō ōsculum dat, nōn ill*ī*. Lȳdia ab h*ōc* servō amātur, nōn ab ill*ō*.

H*oc* oppidum est Tūsculum, ill*ud* est Brundisium. Cornēlius in h*ōc* oppidō habitat, nōn in ill*ō*. Viae h*uius* oppidī parvae sunt.

PENSVM B

Gemmae et margarītae *ōrnāmenta* pulchra sunt. Aemilia multa ōrnāmenta ā Iūliō *accipit*. Aemilia *margarītās* in collō et ānulum in *digitō* habet. Multae fēminae ante tabernam Albīnī *cōnsistunt* et ōrnāmenta eius aspiciunt. Virī ōrnāmenta *emunt* et fēminīs dant. *Ānulus* gemmātus centum sēstertiīs *cōnstat*. *Pretium* ānulī est centum sēstertiī, sed Mēdus *nōnāgintā* [XC] tantum habet. Albīnus: "Nōnāgintā nōn *satis* est!" Mēdus: "Accipe nōnāgintā sēstertiōs *aut* nūllōs!" Ānulus ad digitum medium nōn *convenit*: digitus medius *nimis* magnus est. Sed ānulus convenit ad digitum *quārtum* [IV], quī nōn *tantus* est quantus

digitus *medius*. Lȳdia laeta digitum suum *aspicit* et cum Mēdō ā tabernā *abit*. Lȳdia Mēdō viam *mōnstrat*.

PENSVM C

1. Quid Albīnus vēndit? *Albīnus ōrnāmenta vēndit.*
2. Ā quō Aemilia ōrnāmenta accipit? *Aemilia ōrnāmenta accipit ā virō suō.*
3. Ambulatne Mēdus cum dominō suō? *Mēdus nōn cum dominō suō, sed cum amīcā suā ambulat.*
4. Ubi Mēdus et Lȳdia cōnsistunt? *Mēdus et Lȳdia ante tabernam Albīnī cōnsistunt.*
5. Cūr Mēdus margarītās nōn emit? *Quia Lȳdia multās margarītās habet.*
6. Cūr Lȳdia nūllum ānulum habet? *Nūllum ānulum habet, quia pecūniōsa nōn est,*
7. Estne vacuus sacculus Mēdī? *Vacuus nōn est, in sacculō eius sunt nōnāgintā sēstertiī.*
8. Quot sēstertiīs cōnstat ānulus gemmātus? *Ānulus gemmātus cōnstat centum sēstertiīs.*
9. Ad quem digitum ānulus convenit? *Ānulus ad digitum quārtum convenit.*